ATHENAE LUBECENSES SIUE DE ATHENAEI LUBECENSIS...

Johann Heinrich : von Seelen



ATHENARVM LVBECENSIVM

PARS II

CVIVS

SECTIO I

VIROS ILLVSTRES,
CONSILIARIOS ET SPLEN-
DIDIS MVNERIBVS IN-
SIGNES;

SECTIO II

THEOLOGOS

EXHIBET.

AVCTORE

IOAN. HENR. VON SEELEN

RECT. LVBEC.

LVBECAE
APVD PETRVM BOECKMANNVM.
A. M DCC XX.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. HENR. VON SEELEN.

Offero Tibi Athenarum Lubecensium Partem II, duabus constantem Sectionibus, in quarum prima Viri Illustres, Consiliarii & splendidis muneribus insignes, in secunda Theologi laudantur. Argumentum hoc ita creuit, vt, licet in Praefat. Part. I promiserim, velle me Parte II laborem hunc absoluere, animum tamen mutare coactus sim, constituerimque, duabus Partibus totidem addere, atque supplere in vltima, siue quarta, quae prioribus desunt, ac succedente tempore a me sunt percepta, porroque percipientur. Excitauit me, quod non diffiteor, ad continuandum horis subseciuis hunc animo recreando inseruientem laborem perbenignum illud iudicium, quo celeberrimi Actorum Lipsiensium Latinorum auctores Partem primam exceperunt. Secun-

dae

dae passim quaedam inserui vel plane non adhuc edita, vel si iam olim publici iuris facta, rarissima tamen & in paucissimorum manibus versantia. Erratis, quae occurrent, dabis veniam, Lector optime; potuerunt enim facile irrepere, quoniam Leoburgensibus typis haec secunda pars, aeque ac prima, excusa, & vltimae plagulae propter imminens nundinarum Lipsiensium tempus in conspectum meum non venerunt (adeoque corrigi etiam non potuere) ante, quam cunctae plagulae prelo liberatae occasionem emendandi operarum errores praeripuissent. Vt vero huic libro non desint adeo multa (omnia enim inuestigare nemo poterit, quum antiquis temporibus non omnia memoriae prodita), easdem promitto gratias in posterum aliquid suppeditaturis, quas nunc ea, qua par est, ratione persoluo iis, qui pro humanitate sua nonnihil mecum communicarunt. Tu, Beneuole Lector! de laudatis a me viris eorumque meritis pro aequitate Tua iudicabis. Vale.

ATHE-



ATHENARUM LUBECENSIUM PARTIS II SECTIO I

EXHIBENS VIROS ILLUSTRES, CONSILIARIOS ET SPLENDIDIS MUNERIBUS INSIGNES.

PETRUS BRANDIS.

FLoruit per quinque, & quod superest, saecula Hildesiae, Brunsuici, Gedani & Spirae (vbi Brandisios Camera etiam Imperialis exercuit) celebris familia Brandisiana, ex qua Noster Lubecae an. 1670. d. 2 Maii natus est, ANTONIUM BRANDIS & CATHARINAM ISERNHAGEN parentes consecutus. Teneram aetatem consumsit audiendo praeceptores priuatos, quibus cum publicos omnino esse praeferendos mature intelligeret, inter Athenaei nostri alumnos nomen

 suum

ſuum eſt profeſſus, ducibusque tum aliis, tum praecipue *Abrah. Hinckelmanno* & *Enocho Suantenio* ſtudia humanitatis pertractauit. His abſolutis, per quinque circiter annos in Lipſienſi aliisque Academiis percipiendae iuris ſcientiae ſtrenuam operam impendit. Reuerſus tandem in patriam, ſuadente cognato, cuius egregia in ſe merita praedicat, WINCLERO, Conſule poſtea Magnifico Lubecenſi, iuuenem generoſum *Alexandrum Hahn*, viri illuſtris dignitate ſupremi venationum praefecti & miniſtri regis Daniae, filium gubernauit primum Flensburgi, deinceps Hafniae in equeſtri Academia, & tandem in itinere & ſplendore & vtilitate commemorabili, quod cum Hahnio ſuo, commendante peregrinantes perilluſtri Comite de REVENTLAV, Magno Daniae Cancellario per totum fere orbem celebri, ſuſcepit, ſusceptumque quatuor annorum ſpatio feliciter abſoluit. Hahnius de Noſtri fide & integritate dudum certior factus, bonis, quae in Holſatia poſſidebat, adminiſtrandis eum praefecit, quo munere per vnicum modo annum functus eſt. Anno 1703 Rintheljenſes ſummis in vtroque iure honoribus eum condecorarunt. Nouas autem mox honorum acceſſiones dedit potentisſimus Daniae Rex, ſiquidem an. 1704 eum conſtituit miniſtrum, qui commoda ſua Lubecae obſeruaret, quam dignitatem ſtilo politico munus *Reſidentis* ſolent appellare. Accedebat nouum gratiae ſignum, quum paucis annis interiectis Conſiliarium Iuſtitiae eum declararet.

Neque

Neque cessauit deinceps Regis clementia, sed, occasionem dante bello septentrionali, illum an. 1713 Praefectum (Ampt-Mann) Cismariensem & Neostadiensem constituit. Extat eius *Dissertatio Inauguralis Iuridica de Eo, quod iustum est circa Consensum minoris partis, vt non teneatur stare maiori, nec maior minori praeiudicare valeat*, vom Rechte der wenigern Stimmen. Rinthel. 1703. 4. Praes. Conrado Ludekingio.

DAVID IOANNES von BRAVNSCHWEIG.

Inter gentes nobiles, quae Luneburgum ornarunt, duplex est familia Brunsuigia. Prima coepit an. 1313, quo THIDERICVS von BRAVNSCHWEIG in ciuitatem Luneburgensem est adscriptus, desiit autem sub saeculi decimi quinti finem. Leg. V. C. Io. Henr. Büttneri, Cantoris olim, nunc Secretarii Luneburgensis, Genealog. Familiar. Nobil. Luneburgenss. pl. h. Altera, quae nondum extincta, Luneburgum saeculo decimo & sexto fuit illustratum. Iuuat de eius origine audire Büttnerum l. c. pl. 1 scribentem: *Die noch ietzt lebende Familie derer von Braunschweig ist aus Vor-Pommern, und zwar aus der Haupt-Stadt desselben Hertzogthums, Stettin, um die Mitte des XVI Saeculi nach Lüneburg gekommen. Durch was vor Gelegenheit, ist mir nicht bewust, zweiffle aber nicht, es werde Herr David von Braunschweig der Erste, als er An. 1540 dem in Lü-*

beck angestellten Hansee-Tage beygewohnet, Anleitung zu solcher transmigration gegeben haben. Sintemahl desselben Sohn Hr. David II seinen Sitz in Lüneburg genommen, die letzte von dem uhralten und sehr vornehmen Geschlechte der Visculen (1) *geheyrahtet, und also*

(1) De hac familia euolui meretur laudatus Büttneri liber pl. Kkkk sqq. Adiiciam notatu dignum locum ex Anonymi Chronic. Luneburg. ap. Leibnit. T. III Scriptor. Rer. „Brunsuicenss p. 201 sq: Anno 1438 achte dage na „unser leven Fruwen hemmelfahrt up einen Friedach „sterff de ensame Her *Hinrich Viscule*, Ridder und Bor„germeister der Stadt Luneborch in sinem LXXX jare, „He was baven XL. jar Borgermeister west. He wart vor „*Zelle* tho Ridder schlagen im stryde, denn de Vorsten „der Herschop Brunschwigk und Luneborg wunnen. „Ock hefft he der Stadt *Luneborch* vorworven vam *Keiser* „*Sigismundo* gude Privilegia und Freyheide, und ok van „ethlicken andern Romeschen Koningen. Ok hefft he „und sine olderen de Stadt *Luneborch* helpen buwen, und „hebben dar in gewanet baven X jar und CC. Sin vader „was ock Borgermeister tho *Luneborch*, und wart doth ge„schlagen, do de Vorsten van Luneborch leten de stadt sti„gen, und wolden se hebben gewunnen, dat doch Gott aff„kerde, und gaffden borgeren den sege. Desses *Her Hinrikes* „oldern hebben veel gewest in dem Rade tho Luneborch, „und hebben by der Stadt groth gedan. Desse vorbenome„de *Her Hinrik* leth na thwee sons, ein *Hinrick*, und de „ander *Clawes* geheten. Desse *Hinrich* hadde *Her Frederick* „Hogeherten dochter Borgermesters tho Luneborg, ge„heten *Elisabet*, de affsterff em, darvan behelt he einen „sone *Frederick*, und ein dochter *Barbam* genomet. Na „der fruwen dode nam de sulve *Hinrich Vischcule Wilhel*„*mes* dochter vam *Sampleve*, der moder was des *Ertz*„*Bischopps Boldewines* van *Bremen suster*. Dem vorge„nanten *Claws* sinem Broder was gelavet *Her Hinrick* „*Langen* Rathmans tho Luneborg dochter *Wolbeke* ge-

nomet.

so einen glücklichen Grund zu dem durch Gottes Gnade noch ietzo florissanten Zustande seiner Nachkommen geleget hat. Creatum eum esse Senatorem Sedinensem an. 1537, Consulem an. 1540, & obiisse an. 1552, idem Büttnerus annotauit. Atque ex hac familia ortum traxit Noster, qui an. 1659. d. 25 Iun. Luneburgi lucem adspexit. Patrem veneratus est DAVIDEM (2) von BRAUNSCHWEIG, Patricium Luneburgensem, matrem CATHARINAM MARGARETAM, ex nobili & percelebri familia DVSTERHOPIANA (3) ortam. Habuit in eo nostrum Gymnasium disci-

nomet. Er moder was *Her Gottken Zerstede* des Rath-" mans tho Luneborch dochter. Dusse *Classes Viscule*" hadde noch nicht by geschlapen. Dusser twier broder" moder was Her *Hartwich Apenborges* dochter Rath-" mans tho Luneborch genomet *Beata.* De fruwe und" ere vorbenompte thwee sons leten *Doctor Herman Korners Chroneken* schriven van anbegin der werlt, wente" an *Keiser Carol den Groten*, wente Anno XLV. Und" *Tylemannus Rother* hoff de beiden *böcker* an Anno" 1445. des ersten fridages in der vasten, und in demsulven jare geendet des sonnavendes vor S. *Lucien* dage der" Junckfrowen. Conf. Selector. meor. Litterarior. Specim. III, quod de Herm. Kornero agit.

(2) Familia Braunschweigiana in primis vsa est nomine DAVIDIS, quo omnes fere sunt insigniti, sicut sexum huius familiae sequiorem plerumque nomen ELISABETHAE ornauit.

(3) Vid. Büttnerus l. c. pl. Z, vbi non solum ipse his laudibus affecit familiam Düsterhopianam: *Dieses Geschlecht hat viele treffliche Männer herfür gebracht. —— Und ist zu beklagen, daß an. 1673 den 19 Maii der letzte männliche Erbe dem vornehmen Geschlecht und Nahmen*

pulum tamen, quales mecum sibi exoptant omnes, quibus in permolesto illo puluere scholastico est desudandum. Quam incomparabile enim fuerit optimi iuuenis exemplum, testatur idonea fide B. Hinckelmannus, qui cum Athenaei nostri esset Rector, non solum in Albo nostro primum ei locum assignauit, sed etiam nomini ipsius manu sua haec verba adscripsit: *Discessit d. 16 Iunii* (1679) *Altdorfium, homo gente & mente nobilissimus, & cuius praesertim modestia nobis*

---

men hat müssen ein Ende geben, verum etiam suppeditavit ex Lucae Lossii Epitaphiis MSS. hoc Epitaphium D. *Francisci Dusterhop*, Senat. Luneb. qui ob. 1575. d. 10 Sept:

Hic sua *Franciscus* senior fouet ossa Senator
Dusterhop patriae gloria magna suae.
Qui meritis charus patriae & virtute verendus
E veterum celebri stirpe domoque satus.
Stadhagium tepidis quibus vrbs celebratur in oris
Antiquum referens nobilitate genus.
Consilio iuuit sapienti saepe Senatum
Christiadum antiquae relligionis amans.
Multa videns hominum praesentis crimina mundi,
Iactant qui vana sub pietate fidem.
Laudabat veterum mores, laudabat & actus
Quod fidei factis signa dedere suae.
Lingua fidem in multis tantum modo iactat inanem,
Mores sed verae nil pietatis habent.
Exuuiae hic recubant, melior pars viuit in astris
Exuuiis quondam consocianda suis.
Coelitus aetherea veniet cum Christus olympo,
Pro merito vt reddat praemia cuique suo.
Tu patriam interea, soholem tu, Christe, relictam
Ad laudem serues Nominis, oro, Tui.

nobis Praeceptoribus omnibus admirationi fuit. Faveat porro eius studiis diuinum Numen! Neque dubium est, quin eadem ratione se gesserit Altdorfii, vbi diligentiae documentum dedit an. 1683 *Disputationem de Clericorum & Forensium Collectis* elaborando, ac praeside *Georgio Reichardo Hammero* pro rostris Academicis defendendo. In patria an. 1697 Senator creatus est, tandemque fasces Consulares accepit. Administrauit autem munera sua ita, vt non solum viuens cunctorum sibi conciliauerit amorem, sed mortuum etiam boni omnes valde laudent. Testem, praeter alios, habeo ex ipso sacro ordine Luneburgensi virum admodum reuerendum *Ioan. Georg Beckerum*, qui litteris d. 28 Iun. 1719 humanissime ad me datis haec de Nostro inseruit: *Nachdem er von Lubeck nach Altorf gezogen, und folglich nach absolvirten Studiis und Reisen wieder zu Hause gekommen, hat er sich so fort zum Dienst des Vaterlandes gewidmet, und also fast alle und jede, denen fürnehmsten Geschlechtern zu Luneburg gewöhnliche Aembter mit solcher dexteritet und Ruhm bekleidet, daß ihn die gantze Stadt sehr lieb und wehrt geachtet, biß er endlich als Consul patriae an. 1717. d. 11. Maii im 58 Iahr seines Alters in GOtt entschlaffen.* Reliquit filium vnicum GEORGIVM DAVIDEM, ex Matrona generosa ANNA ELISABETHA, filia GEORGII von DASSEL (4), Consulis, an. 1702. d. 11. Iul.

(4) Huius vitam breuiter dat Büttnerus l. c. pl. p: *Georgius von Dassel n. 1629. 14 Ian. studirte zu Helmstädt* 1648.

11 Iul. natum, qui non ſolum optimum Patrem imitatus eſt eo, quod itidem ad noſtrum Gymnaſium, cuius alumnis hodieque intereſt, ſe contulerit, verum etiam modeſtiam & alia egregia ex Parentis indole feliciter hauſit, cuius meritae laudis ſuae praeter me, non ſolum praeceptorem ſuum, ſed hoſpitem etiam ac domeſticorum ſtudiorum moderatorem, alios quoque, qui ipſum norunt, habet teſtes. Seruet modo Deus in honorem ac gaudium domus Braunſchweigio-Daſſelianae hunc iuuenem, filii inſtar a me dilectum, hanc *ſpem gentis clarae generoſorumque Parentum* (5), quo non extinguatur, ſed diutisſime ſuperſtes ſit & ad permultos poſteros propagetur generoſa familia Braunſchweigiana! Fiat!

IOACHIMVS von DALE.

Splendida eſt Nobilium *von Dale* familia. Originem trahit ex Italia, in qua Nobiles *della Valle* diu floruerunt, deinceps vero, occaſionem dante partim bello, partim aliorum Dominorum, inſignia munia iis deferentium, fauore, Italiam cum Brabantia, & Marchionatu quidem Antuerpienſi

1648. *beſahe Italien, Franckreich, Engelland und Holland* 1657, *ward Hochgräfl. Oſt-Frieſſländiſcher Rath* 1661, *Raths-Herr in Lüneburg* 1666 *am Sonntage Quaſimodogeniti, Praepoſitus* 1667, *Bürgermeiſter* 1676. *ſt.* 1687. 11 *April.*

(5) Ita vocatur ab eodem Büttnero pl. i.

pienſi permutarunt. Tandem cum Ducis de Alba crudelitas permultos ageret in exilium, Belgium primo, deinde Saxoniam inferiorem ſedem elegerunt. Ex hac familia ortum trahit Noſter. Patrem enim veneratus eſt IOACHIMVM von DALE, matrem MAGDALENAM WOLFFRATHS. Auus ei obtigit IOANNES von DALE, Haereditarius in Duſſaw. Huius frater fuit CORNELIVS van DALE, Hieroſolymis an. 1619. d. 19. Iul. Eques ſancti ſepulchri creatus armatusque. Supereſt hodieque Diploma iſtud probans, quod hoc loco legi meretur:

„ FR. FRANCISCVS. QVARESMIVS.
„ Ordinis Minor¨ Regularis Obſer-
„ vantiæ, Provintiæ Mediolanenſis,
„ ſacri Montis Sion totiusque Terræ
„ Sanctæ Præſes, Vniverſis & ſingulis
„ Xp̃i fidelibus preſentes nr̃as inſpe-
„ cturis ſeu legi audituris Salutem &
„ pacem in Dn̄o ſempiter-
„ nam.

„ Cum numeroſæ Chriſtianorum Equitum „paſſim exiſtant turmæ, qui ſui ortus, ſuorum„que maiorum præclara monumenta conſer„vant: Sanctiſſimi reſurgentis Chriſti ſepul„chri, antiquisſimi Equites ſui inſtitutoris & ca„pitis triumphalia iura reportant: Quoniam „ab ipſo in ſui Sepulchri cuſtodiam coaptati, & „per ipſum vi Apoc. cap. 19 ad bellum contra in-

„fideles destinati sunt. Hinc inuictissimi He-
„roes D. Carolus Magnus Imperator Augustus,
„Sanctusque Rex Ludouicus aliique complu-
„res variis temporibus se suaque sponte bona
„(voto præmisso) obtulere Deo; dummodo
„Saracenis deuictis Xp̃i insignia suique sepul-
„chri custodiam obtinere possent. Quare inter
„alias contra infideles demandatas expeditio-
„nes, præclarus Dux Godofredus de Bullon tre-
„centorum millium a Summo Pontifice signato-
„rum militum comparato exercitu, Anno Dñi
„nonagesimo supra millesimum, fugatis Sara-
„cenis, Hierosolymam loetus ingressus Xp̃i se-
„pulchrum in custodiam accepit. Illicque san-
„ctum ejusdem Equitum ordinem fundauit;
„multosque Illustrium Virorum milites creavit:
„cujus deinde ordinis Christianissimi Reges,
„Magnique Magistri, vt fundatores ita & suc-
„cessores fuere quam plurimi. Sed (proh do-
„lor) capta iterum ab infidelibus Hierosolyma
„præfatus Equitum Ordo extinctus pene re-
„mansit. Verum multis ab hinc annis ab Aegy-
„ptii Soldano pro Franciscana familia Sereniss.
„Roberto utriusque Siciliæ Rege Sacri Montis
„Sion conuentum, Bethlehemq; Monasterium,
„ac Gloriosissimi Sepulchri prægrande tem-
„plum in eorum habitationem petente, ægre ad-
„modum maximisque expensis anno Dni 1304
„habitandi licentiam indultumque obtinuit.
„Quapropter Leo decimus Pont. Max. eidem
„Ordini maxime affectus, ad renovandam pre-
„taxati antiquissimi instituti pœne extinctam
memo-

„memoriam, & ad augendam Xpi fidelium pie-
„tatem, excitandamque pro Sanctor. Locor. re-
„cuperatione bonam eorum Voluntatem, præ-
„dictæ Religionis Guardiano & successoribus
„pro tempore illic existentibus, anno 1518. 4to.
„Februarii huiuscemodi milites vt olim creare
„concessit. Quod quidem tam foeliciter exe-
„cutum est, vt postmodum quamplurimi creati
„fuerint, & in dies creentur. In quor. nume-
„rum a nobis dignissime relatum esse, fidem
„facimus & attestamur, Magnificum ac Genero-
„sum Virum D. Cornelium van Dale, Antuer-
„pien iuris vtriusque Licentiatum, qui quidem
„præfati ordinis laurea decorari & insigniri
„splendoribus sumopere cupiens, coram nobis
„personaliter comparuit. Nos piis eius preci-
„bus intenti eundem in omnibus idoneum ha-
„bilemque repertum, præfati resurgentis Xpi
„Sepulchri, servatis seruandis Aplca auctoritate
„militem armauimus atque creauimus, & quin-
„que rubeis crucibus iuxta morem solemniter
„insigniuimus, easque eum imposterum vesti-
„bus appositas libere deferre posse, tenore
„præsentium declaramus, cum omnibus & sin-
„gulis priuilegiis & prærogatiuis coeteris præ-
„fati Ordinis ac veris sepulchri Iesu Xpi Sal-
„vatoris nostri concessis ac concedendis, ipsum-
„que vt Sanctissimus Ecclesiæ Pastor, Cæsarea
„Maiestas, Serenissimi Reges aliique Xpistianæ,
„Reipublicæ Principes protegant, defendant,
„tueantur, atque exaltent obsecramus, quia
„Smi Sepulchri miles est, a quo vero Lapide &
funda-

„fundamento omnis Xpianæ Religionis militiæ „ortum duxit. In quorum fidem præsentes has „nras pendenti Gloriosissimæ Resurrectionis „Sigillo munitas, nostraque propria manu sub„scriptas eidem libenter porreximus. Datæ „Hierosolyms. ex Conuentu nro Sancti Salua„toris, Anno millesimo sexcentesimo decimo „nono, Die vero mensis Julii vigesimo nono.

„ Sigillum S.
„ Sepulchri Dñi
„ Nostri Jesu Fr. Franccus q. sup. Mu. pp.
„ Christi.

Idem hinc Cornelius van Dale ob eruditionem in deliciis fuit summo Scaligero, celeberrimo Baudio & aliis. Vid Dominic. Baudii Epistol. Cent. I. ep. 73.74. Cent. III. ep. 82.

Huius soror fuit SVSANNA, cuius Vltraiecti defunctae marmoreum epitaphium hac decoratum est inscriptione:

Natalibus & Virtute Nobili Domicellae SVSSANNAE van DALE, ex antiqua apud Italos Nobilium a VALLE familia oriundae, occiduae huic luci deliquio ad aeternam subductae, anno aetatis 57, salutis vero redemptae 1653, pridie idus Septembris Frater Sororque moesti posuerunt.

Auiam paternam Noster habuit ANNAM de CVPERN, filiam SEBASTIANI de CVPERN, Domini de AVENDIECK, cuius Nepos personam illustrem Statuum, quos vocant, Hollandico-

dicorum Hagae Comitum sustinuit. Auum maternum agnoscit DIETERICVM WVLFFRATH, primarium Ciuem & Mercatorem Lubecensem; Auiamque maternam CATHARINAM, ERASMI IAPPEN, Senatoris atque Camerarii Lubecensis, filiam. Proauum paternum celebrat IOANNEM van DALE, Equitum, Haereditarium in Lillo, Chestele ac Putte, intimum Regis Hispaniae Consiliarium. Huius frater natu maior fuit PETRVS van DALE, famam nactus instituto Louanii Nobili Collegio VAN DALE, reditibusque ditato adeo amplis, vt viginti Studiosis sustentandis sufficiat. Praedicatur ideo merito Inscriptione hac, Louanii hodieque legenda:

D. O. M. & P. M.
Rev. & Gener. Viri
PETRI van DALE,
Arnoldi Filii, I.C. Decani & Losthensis Canonici, Antwerpiensis, Toparchae in Ballaer, Chestele, Putte & Bersele. Qui in lauta re & supra priuatum modum, modeste, prouide & pie ea vsus, Collegium hoc instituit, vectigalibus instruxit, alendae in bonum publicum iuuentuti. Natus Antwerpiae Ao. cIↃ. IↃ. XL. obiit cIↃ. IↃ. LXXXII. Hic monumentum habet, ossibus eius voluntate huc translatis, vt anima eius in beatas sedes. Tu apprecare pie
Lector.

Alius

Alius occurrit in hac familia PETRVS van DALE, PAVLI filius. Vid. Iacobi le Roy, S. R. I. liberi Baronis, Notitia Marchionatus Sacri Romani Imperii, h. e. Vrbis & Agri Antuerpiensis. Amstelod 1678. fol., in quo pretiosissimo ac praestantissimo opere ex primario codice agri Antuerpiensis in suprema Curia feudali Brabantiae asseruato pag. 362 isthaec exhibentur: *Herr Paulus van Dale Riddere prima Aprilis M. D. LIV mits coope by hem gedaen tegen de Curateurs van den goeden Eustaes de Cocqueyl ondergesz.* His, post interiecta quaedam, le Roy sequentia, familiam Dalianam illustrantia, addidit: „Praeterea supra citatus *Eustachius de Cocquiel*, acquisivit emptionis iure a gentilibus de *Cruyningen* „feudalem Lilloae curiam, *Leen-boeck van Lillo.* „Decima Iunii anno 1561 transcripsit Philippus „Secundus, Hispaniarum Rex, omnes census „suos in praedictae Lilloae agro, *Chijnsen in den* „*lande van Lillo*, memorato PAVLO van DALE; „qui vltimis tabulis cuncta sua iura dominica- „lia fidei commisit, vt in ea succederent descen- „dentes sui masculi primogeniti, quem secutus „filius suus PETRVS van DALE, & hunc PAV- „LVS van DALE, Petri filius, qui cum sine „liberis obiisset, successorem habuit primoge- „nitum ex *Anna* sorore nepotem, IOANNEM „MASSIEV van DALE, Equitem Ordinis mi- „litaris Sancti Iacobi. Is ex *Maria Velez* vnicum „procreauit filium NICOLAVM MASSIEV „van DALE & VELEZ, qui in praesentiarum, „dum haec scribuntur, Lilloae & Zutlandiae

„Do-

„Dominus, ſed procul a ditione ſua commorans „in quadam Canariae inſula, Palma nomine. Haec de familia Daliana le Roy. Nos addimus alterum fratrem Ioannis van Dale, & natu quidem minorem IEREMIAM van DALE, Praefectum Weſalienſem & Morſenſem (Stadt-Halter in Weſel und Land-Droſt in der Graffſchafft Meurs), qui an. 1585 d. 12. Nouembr. Weſaliae eſt defunctus. Proauia Noſtri materna extitit ELISABETHA van ALST, Matrona generoſa, eximiis ornata laudibus in elegantisſima *Proſopopoeia Filiorum ad matrem Elizabetham Aloſtanam, praeſtantiſſimam feminarum*, quae Proſopopoeia extat in Domin. Baudii Epiſtol. Cent. I. p. m. 123 ſq. Proauo materno gloriari poteſt ADOLPHO WOLFFRAHT, Wilhelmi Ducis Clivenſis, Iuliacenſis & Bergenſis Quaeſtore ac Camerario, cuius patruus fuit ANTONIVS WOLFFRAHT, Ferdinandi, Caeſaris Romani, Conſiliarius intimus & Epiſcopus Viennenſis. Huius Imperio multis nominibus chari viri quantus fuerit ſplendor, quanta dignitas, licebit facile concludere ex his Auctoris anonymi Memoriae DIEDERICI van DALE Lubec. 1694. fol. pag. 5 verbis: *Anguſtia chartae cognatorumque modeſtia Ducalem ferme epitaphiis laudibus honorem, quem tumulo tunc conſtituere in aede S. Stephani Viennenſis, cum excedat dignitatem Nobilium, hic inſerere non permittit.* Idem Auctor l. c. de renouata Nobilitate Daliana diſſerit, ſicque pergit: *Quibus etiam de cauſis, dum tot cladibus Belgicis diſtractae*

strattae aliquo modo opes huius familiae, quae benedictio fuit altissimi, in pristinum reductae erant statum an. 1677. d. 3. Iulii, cum Serenissima Maiestas Caesarea, Augustissimus noster Dominus LEOPOLDVS ambobus fratribus, Dn. IOACHIMO atque Dn. DIEDERICO van DALE eam gratiam fecit, vt veteris stemmatis gloria restauraretur, omnibus praerogatiuis, quae in nobilissimam Germaniae familiam cadunt, clementer cum insigni concessis, vti e Diplomate, eam in rem confecto, satis apparet luculenter. Hoc diploma bona fide descriptum hic exhibebo:

„Wir LEOPOLD von Gottes Gnaden Er-„wölter Römischer Kaiser, zu allen Zeitten Meh-„rer des Reichs in Germanien, zu Hungarn, „Behaimb, Dalmatien, Croatien und Sclavo-„nien &c. König, Ertzhertzog zu Oesterreich, „Hertzog zu Burgund, zu Braband, zu Steyer, „zu Kärnden, zu Crain, zu Lützemburg, zu „Württemberg, Ober- und Nidern Schlesien, „Fürst zu Schwaben, Marggraff des Heyligen „Römischen Reichs zu Burgaw, zu Mähren O-„ber- und Nieder-Lausnitz, gefürster Graff zu „Habspurg, zu Tyrol, zu Pfierd, zu Kyburg „und zu Görtz, Landgraff in Elsas, Herr auf „der Windischen Marck zu Porttenau und zu „Salins. Bekhennen für Vns und Vnsere Nach-„kommen am Heyl. Röm. Reich, auch unsern „Erb-Königreich, Fürstenthumb und Landen, „öffentlich mit diesem Brieff und khund aller-„menniglich. Wiewohl Wir aus Römischer „Kayserlicher Höhe und Würdigkeitt, darein

Vns

„Vnſs der Allmächtige nach ſeinem Göttlichen „Willen geſetzt hat, auch angeborner guete „und mildigkeit allzeit geneigt ſeind, aller und „ieder Vnſerer und des Heyl. Reichs, auch Vn- „ſerer Erb-Kônigreich, Fûrſtenthumb und „Lande underthanen und getrewen Ehr, nutz, „aufnehmen und beſtes zu betrachten und zu „befürdern, ſo iſt doch Vnſer Kayſerlich Ge- „müth nicht unbillich mehrers bewegt und be- „gierlich, den iehnigen Vnſer Gnad und Sanfft- „muetigkeit mit zu theilen, und Sie mit Vnſern „ſondern Gnaden und Freyheiten zu fürſehen „und zu begaben, deren Vor-Eltern, und Sie „ſelbſt, in altem ehrlich und redlichem Stand „herkommen, und darneben mit gueten adeli- „chen Sitten, Tugenden und Verſtand begabt, „und ſich je und allzeit gegen Vnſs, dem Hey. „Röm. Reich, auch Vnſerm Löblichen Ertz- „hauſs Oeſterreich in aller getrewer dienſtbar- „keit und vleiſs vor allen anderen verhalten.

„Wan Wir nun gnädiglich angeſehen, wahr- „genohmen und betrachtet die erbarkeit, red- „lichkeit, adeliche guete Sitten, Tugend, „wandel und vernunfft, damit vor Vnſer Kay- „ſerlichen Mayeſtät, Vnſer und des Reichs lie- „ber getrewer JOACHIM von DALE be- „rühmbt worden, deſſen Vor-Eltere die *von* „*Dale* in der Statt Antwerpen von gueten ade- „lichen geſchlecht entſproſſen und geborn, „welche aber durch die lengſthin in den ge- „ſambten Niderlanden entſtandene Kriegs- „Unruhen gemuesſiget worden, ſich von dan-

„nen zu Ihrer mehrer ſicherheit mit hinderlaſ-
„ſung der beſten theil ihrer guetter und mitteln
„ins Teutſchland und den Nieder-Sâchſiſchen
„Crayſs zu erheben, und daſelbſten ſich hâuſs-
„lichen nider zu laſſen, durch welche genö-
„thigte translationem domicilii die meiſte do-
„cumenta Ihres adelichen herkommens verloh-
„ren gangen, das Sie ſich in der frembde des
„adelichen Standts nicht gebrauchet hetten.
„Nun aber durch den Seegen GOttes und an-
„gewanden vleiſs erlangte güetter und mittlen,
„obgenanter JOACHIM von DALE ſambt ſei-
„nem einigen iüngern bruder DIETRICH von
„DALE hinfûro den adelichen ſtand wider-
„umb zu führen entſchloſſen weren, geſtalten
„Er dan nicht allein in ſeiner VorEltern Fueſs-
„ſtapfen einzutretten, ſich in die ſiben Iahr, ſo
„wohl auf den vornehmbſten teutſchen Acade-
„mien, wie nicht weniger ahn Vnſerm Kay-
„ſerlichen, Chur- und Fürſtlichen Höffen, alſs
„auch auſſerhalb des Hey. Röm. Reichs gele-
„genen Landen, underſchiedlich zu dem Adel
„erforderte Wiſſenſchafften, ſprachen und exer-
„citien nach möglichkeit erlernet, ſondern
„auch ſeinen noch in den Studiis begriffenen
„brudern dahin zu weiſen gedencke, alles zu
„dem ende, damit Sy beede gebrûdere Vns, dem
„Hey. Röm. Reich, und Vnſerm Löblichen
„Ertzhauſs Oeſterreich trewiſte dienſte leiſten
„können, inmaſſen Sy dan in ſteths wehren-
„der devotion biſs in Ihre grueben zu verhar-
„ren des underthenigſten erbietens ſeind, auch
wohl

„wohl thuen können, mögen und ſollen. So „haben Wir demnach mit wohlbedachtem „Mueth, guetem Rath und rechten wiſſen be„melte JOACHIM und DIETRICH von DALE „gebrüdern dieſe beſondere gnad gethan und „ihnen nit allein ihren anererbt-von Ihren „VorEltern erworbenen adelichen Stand und „Praedicat, in der allerbeſten formb gnedig„lich confirmirt und beſtettiget, ſondern auch „Sy, Ihre eheliche Leibs-Erben und derſelben „Erbens Erben, Manns-und Weibs perſohnen „aufs newe in ewige Zeit, in den Stand und „Grad des Adels Vnſerer und des Hey. Reichs, „auch Vnſerer Erb-Königreich, Fürſtenthum„ben und Landen, rechtgebornen Lehens-Tur„niers genoſs-und Rittermesſigen Edelleuthen „erhebt, darzue gewürdiget, geſchöpfft, gea„delt, und Sie der Schaar, Geſellſchafft und „Gemeinſchafft des Adels zugefüget, zugeſel„let und vergleichet, allermaſſen und geſtalt, „alſs ob Sie von Ihren vier Ahnen, Vatter-und „Muetterlichen Geſchlechts beederſeiths recht „Edelgeborne Lehens-Turniers genoſſ-und „rittermesſige Edelleuthe weren. Und zu meh„rer gezeugnuſs, glauben vnd gedechtnuſs Ihr „geführtes alt adeliches Wappen, deſſen Schild „in zwey theil geſchnitten, davon ein theil zu „oberſt ein rothes leeres Feld, das ander ein „weiſſes, darin ein mit ausgebraiteten flügeln „ſtehender gecrönter einfacher Adler, ſo dan „auf dem Schild ein offener adelicher Helm, „auf welchem ein halber gecrönter ſchwarzer

 Adler

„Adler mit aufsgefpanten flügeln, die mit drey,
„als roth und weiffen balcken von oben bifs un-
„ten durchfchnitten waren, nachfolgender maf-
„fen geziehret, vermehret und gebeffert, fol-
„ches auch hinfüro ewiglich alfo zu führen
„gnediglich erlaubt und gegönnet: alfs be-
„nantlich ift ein quartirter fchild, deffen vorder
„unter- und hinder obere Feld, gelb oder gold
„farb, warin einwerts auf einem grienen wa-
„fen zum fprung geftelt ift ein fchwartzes
„Windfpiel, mit rothem halsband, in der go-
„fchen ein beinknochen haltend, hinder unter-
„und vorder obere Feldung aber, roth oder
„rubinfarb, in iedem ebenfals auf einem grie-
„nen hübel einwerts zum fprung ftehet ein
„weiffes Einhorn, in mitte defs Schilts ein klei-
„nes hertzfchiltel, in welchem oben über zwerg
„gehen drey balcken, das der ober und untere
„roth, mittere aber weifs, unter welchen fte-
„het in weiffem Feld ein fchwartzer gecrönter
„aufsgebraiter einfacher Adler, mit gelbem
„fchnabel, roth ausfchlagender Zungen, vnd
„von fich fpreutzenden waffen, auf dem Schild
„ein weifs: oder filberfarb: auf die zier ver-
„gulter freyer, offener adelicher Turniershelm,
„zur rechten mit roth und weiffen, lincken
„feithen aber, fchwartz und weiffen Helmdec-
„ken, darob mit einer Königlichen Cron ge-
„ziehret, aufs welcher erfcheinet bifs ahn die
„bruft ein ainfacher aufsgebraitter fchwartzer
„gecrönter Adler, mit roth ausfchlagender Zun-
„gen, auf iedem flüg, die im Hertzfchild be-
fchrie-

„schriebene drey balcken, von oben biss un„ten nach der länge, beederseiths etwass schregs „gegen der Cron zu sehen. Alssdan solch con„firmirt - vermehrt - und gebessertes Wappen „und Cleinod in diesem Unserm Kayserlichen „Libellsweiss geschribenen brieff mit farben „aigentlicher gemahlet und entworffen ist. „Thuen das auch, geben, confirmiren und be„stettigen solches, gönnen und erlauben Ihnen „auch dasselbe also ewiglich zu führen und zu „gebrauchen, alles auss Römischer Kayserli„cher macht volkommenheit hiemit wissent„lich in Krafft diss briefs. Und mainen, setzen „und wollen, dass vorbemelte IOACHIM und „DIETRICH von DALE Gebrüdere, Ihre e„heliche Leibs-Erben, und derselben Erbens „Erben, Mann-und Weibs persohnen, hin„füran in ewig zeitt recht geborne Lehens-Tur„niersgenoss- und Rittermessige Edelleuth „seyn, geheissen, und von menniglich ahn „allen orthen und enden, in allen und iegli„chen händtlen, geschäfften und sachen. Geist„und Welttlichen, also gehalten, geehret, ge„nennet und geschrieben werden, auch dar„zue all und iegliche Gnad, Ehr, Freyheit, „Würde, Vorthl, Recht, Gerechtigkeitt, alt „herkommen und guet gewonheit haben, mit „Beneficien auff Domstifften, hohen und ni„dern Amptern und Lehen, Geist-und Weltt„liche anzunehmen, zu empfahen, zu haben „und zu tragen, mit andern Vnsern und des „Hey. Reichs, auch Vnserer Erb-Königreiche,

„Fürſtenthumb und Lande, rechtgebornen
„Lehens-Turniers genoſſ- und Rittermesſigen
„Edelleuthen, in alle und iegliche Turnier zu
„reiten, zu turnieren, mit Ihnen Lehen- und
„all ander Gericht und Recht zu beſitzen,
„Urthl zu ſchöpfen, und Recht zu ſprechen,
„auch der und aller anderer adelichen ſachen,
„handlungen und Geſchäfften, inner- und
„auſſerhalb Gerichts, theilhafftig, würdig, em-
„pfänglich, und darzue tauglich, ſchicklich
„und guet ſein, und ſich des alles, auch ob-
„beſchribenen, gebeſſert- und confirmirten
„Adelichen Wappen und Cleinodts, in allen
„und ieden ehrlichen, redtlichen, adelichen,
„ritterlichen handlungen, ſachen und ge-
„ſchäfften, zu ſchimpf und ernſt, in Stürmen,
„Streitten, Kämpfen, Turnieren, geſtechen,
„gefechten, Ritterſpilen, Veldzügen, Pannie-
„ren, gezelten aufſchlagen, Inſigeln, Pett-
„ſchafften, Cleinoden, Begrebnuſſen, gemähl-
„ten, und ſonſt ahn allen orthen und enden,
„nach Ihren ehren, notturfften, willen und
„wohlgefallen gebrauchen und genieſſen ſol-
„len und mögen, von Recht oder gewohnheit
„von allermenniglich unverhindert. Vnd ge-
„bietten darauff allen und ieden Churfürſten,
„Fürſten, Geiſt- und Weltlichen Prælaten,
„Graffen, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten,
„Landmarſchalken, Landtshaubtleuthen, Land-
„vögten, Haubtleuthen, Vitzdomen, Vog-
„ten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuthen,
„Landrichtern, Schultheiſſen, Burgermeiſtern,

Rich-

„Richtern, Râthen, Kûndigern der Wappen, „Ehrnholden, Perſevanten, Bûrgern, Gemein„den, und ſonſt allen andern Unſern und des „Reichs, auch Vnſerer Erb-Königreiche, Fûr„ſtenthumb und Lande, Underthanen und ge„trewen, waſs Wûrden, Standts oder Wee„ſens die ſeind, ernſt- und veſtiglich mit die„ſem Brieff, und wollen, das Sie offtgenante „JOACHIM und DIETRICH von DALE ge„brûdere, Ihre eheliche Leibs-Erben, und „derſelben Erbens-Erben, Mann- und Weibs„Perſohnen, fûr und fûr in ewig Zeitt, ahn „mehr berûhrter Unſer Kayſerlichen Confirma„tion und beſtettigung Ihres alten, alſs auch „nunmehr in Vnſerer des Hey. Reichs, auch „Vnſerer Erb-Königreich-Fûrſtenthumb und „Landen, auffs new erhebten adelichen Stand „und ertheilte Wappen, nit hindern noch ir„ren, ſondern Sie deren alſo in allen und ieden „ehrlichen und redlichen ſachen und geſchâff„ten, geruhiglich und ohne alle irrung frewen, „gebrauchen, genieſſen und gântzlich dabey „bleiben laſſen, hierwider nicht thuen, noch „das iemand andern zu thuen geſtatten, in „keine weiſs noch weeg, alſs lieb einem ieden „ſey, Vnſer und des Reichs ſchwere ungnad „und Straff, und darzue ein poen, nemlich „Funffzig Marck lôttiges Goldts, zu vermei„den, die ein ieder, ſo offt er frâventlich hier„wider thâte, Unſs halb in Vnſer und des Reichs „Cammer, und den andern halben theil offt„gedachten JOACHIM und DIETRICH von

„DALE, gebrüdern, Ihren ehelichen Leibs-
„Erben und derselben Erbens Erben unnach-
„leſslich zu bezahlen, verfallen sein solle, doch
„andern, die villeicht das vorgeschriben a-
„delich Wappen und Cleinod gleich führen,
„ahn Ihrem Wappen und Rechten unvergrif-
„fen und unschädlich. Mit urkhund diſs
„Brieffs, besigelt mit Unserm Kayserlichen an-
„hangenden Insigel der geben ist in Vnser Stat:
„Wienn, den dritten tag Monats July, nach
„Christi Unsers lieben Herrn und Seligmachers
„glorwürdig- und Gnadenreichen Geburth im
„Sechzehenhundert siben und sibenzigisten,
„Vnserer Reiche, des Römischen im Neunze-
„henden, des Hungarischen im drey und
„zwantzigisten und des Böhaimbischen im ain
„und zwantzigsten Jahre.

Leopold.

V. Leopold Wilhelm Graff
zu Königsegg.

Ad mandatum Sac^{ae}. Cæs^{ae}
Majestatis proprium.

Wilhelmb Schröder.

In ultima pagina sequentia scripta leguntur:

Registr. & collat.

Jo. Eissemann, Registrator.

Haec

Haec de Noſtri, qui eſt Haereditarius in Brandenbaum, nobilitate, quam dolemus non ad ſeros poſteros propagaſſe filium eius vnicum BERNHARDVM IOACHIMVM von DALE, qui cum optimam de ſe iam feciſſet ſpem, in medio ſtudiorum & aetatis curſu Lipſiae an. 1704. d. 14 Auguſt. vitam cum morte commutauit. Pergendum eſt ad recenſendas vitae rationes. Vidit autem Noſter lucem an. 1651 d. 7 Septembr. & Lubecam patriam accepit. In ea, litterarum ſtudio ob egregium ingenium dicatus, Scholam noſtram Catharinianam aetatis an 13 ſtudiorum conſecutus eſt nutricem, per annum in tertia, per biennium in ſecunda & per triennium in prima claſſe commoratus. Neque publicis ſolum ſedulo interfuit lectionibus, ſed priuatim etiam primum *Io. Polzium*, Conrectorem, deinceps *Herm. Nottelmannum*, Rectorem, diligenter audiuit. Inſtructus probe litteris humanioribus, aetatis anno vndeuiceſimo abiit Roſtochium, vbi ductu *Redekeri* (cuius hoſpitio etiam vſus eſt) & *Radavii* fundamenta ſcientiae iuridicae feliciter iecit. Conſumtis hic duobus annis inuiſit Lipſiam, ibidemque totidem annos exegit, primum in conuictu magni ICti *Carpzouii*, alterum vero in conuictu *Frid. Geisleri*, vtrumque tam in publicis, quam priuatis recitationibus magna cum induſtria auſcultauit Primum impenſi diſciplinae iuris addiſcendae laboris documentum dedit an. 1675 *Diſputationem Iuridicam de Legitimatione* euulgando ac d. 30 Sept.

Geislero praeside, publice defendendo. Paulo post *Ioannem Strauchium*, Iena Giessam vocatum, vt Procancellarii munus obiret, comitatus est, Giessaeque non solum profecit ex quotidianis colloquiis, quae cum hospite suo, *Phil. Lud. Hannekenio*, Theologo post fata quoque colendo, potuit instituere, sed potissimum etiam ex collegiis publicis pariter ac priuatis laudati *Strauchii*, *Nicolai Thileni* & reliquorum iuris doctorum, qui ista aetate Giessensem Academiam illustrabant. Vtriusque auspiciis cathedram publicam conscendit. Praeside enim Thileno *Theses Locamerianas cum additis nonnullis* an. 1675 ventilandas stitit: praeside autem Strauchio *Dissertationem Iuridicam ad L. vlt. C. de Negotiis Gestis* d. 3. Febr. 1676 publicae censurae submisit. Atque sic in iure probe exercitatus, ordini iuridico se tentandum, summorum in vtroque iure honorum rite ac legitime consequendorum causa, exhibuit, conscriptaque ac sine Praeside m. Mai. 1676 defensa *Disputatione Inaugurali Iuridica de Subscriptionibus Principum*, vna cum Nicolao Hertio, I. V. Doctor est creatus Finito quinquennio iuris prudentiae percipiendae impenso ad itinera se accinxit, perque Norimbergam, Augustam Vindelicorum, comitatum Tirolensem adiit Venetiam, qua splendida vrbe visa, per Ferrariam, Bononiam, Florentiam, Romam contendit. Roma venit Neapolim, vbi per quatuor menses commoratus est non sine maxima vtilitate. Laudandus hic est ipsius patruus SEBASTIANVS von DALE

DALE, qui ipſo tempore praepotentum Hollandiae Ordinum erat Legatus, ſiue, vt Politici loquuntur, reſidens in ciuitate Neapolitana Miniſter. Hic ei parauit aditum ad ipſum Vice-Regem: conciliauit etiam, tum alios, tum inprimis Carolum Borromaeum, Dominicanum, virum longe eruditisſimum, cum quo crebro verſatus ſcientia linguae Italicae, hiſtoriae item ac ciuilis doctrinae non ſine magna creuit voluptate. Taceo Apuliam, Lauretum, Anconam, Ravennam, Ariminium, Patauium, Veronam, Placentiam, Parmam, Mutinam & plures Italiae regiones atque vrbes ab ipſo perluſtratas. Germaniae redditus inprimis obſeruauit Viennam, vbi per cognatum ſuum ADOLPHVM, Nobilem de WOLFFRATH, Electoris Colonienſis Conſiliarium, multis in aula Caeſarea illuſtribus viris innotuit. Praeſertim vero expertus eſt ſummum fauorem Comitis de KOENIGSEGGE, Vice-Cancellarii, cuius beneuolentia etiam ab Auguſtisſimo Imperatore adeptus eſt Diploma ſupra exhibitum, quo nobilitas Daliana renouata eſt ac confirmata. In Hungariam deinceps ſe contulit, itineris ſocium nactus Baronem de Mermetten, quocum etiam Bohemiam (in cuius celebri vrbe Praga Athanaſium Kircherum inuiſere, eiusque laboratoria & alia curioſa oculis vſurpare non neglexit) atque Sileſiam peragrauit, ac porro per Germaniam, Heluetiam, Sabaudiam & prouinciam Mediolanenſem profectus, Lugdunum Gallorum attigit, tandem-

tandemque visis in itinere multis inclytis ciuitatibus, Lutetia Parisiorum exceptus est. In hac metropoli integrae hiemis spatium exegit, illustres viros sibi cognitos reddendo, cuncta notatu digna lustrando & tum alias scientias, tum Gallicae linguae notitiam augendo. Deinceps eum ad se traxit Belgium Hispanicum, in cuius celebrioribus vrbibus aliquandiu non sine fructu moratus est. Idem fecit in Anglia, vbi fauor Legati Suecici, Baronis de Gravendahl, multum ei profuit, Academia autem vtraque, Collegia item & Bibliothecae multa illum docuerunt. Incrementa quoque ceperunt eius litterae, speciatim ciuilis prudentia, in Belgio, quod cum ipsi multa memorabilia spectanda exhibuisset, per Frisiam, Bremam, Hamburgum, in patriam ciuitatem Lubecensem est reuersus. Licet vero integros quatuor annos peregrinando consumsisset, ardor tamen videndi exteras regiones & vrbes, earumque iura & consuetudines animaduertendi nondum fuit extinctus. Quare non multo post abiit in Daniam, visaque in eadem vrbe principe Hafnia, perrexisset etiam in Sueciam, & per Liuoniam, Curlandiam, Borussiam, Pomeraniam ac terram Mecklenburgicam rediisset in patriam, nisi morbus grauissimus, in quem optima parens inciderat, circulos ipsius turbasset, eumque Lubecam citissime reuerti iussisset. Huic patriae suae maluit, quam aliis, inseruire. Quare cum aliquoties ad Aulas Electorales atque Ducales vocaretur, FRIDERICVS etiam

WIL-

WILHELMVS, Elector Brandenburgicus, Eum an. 1686 vellet Mindam ire, atque Consiliarii Regiminis munia capessere, oblatos honores modeste recusauit, accepit autem, electus an. 1695 d. 20 Febr. Lubecensis Reipublicae Senator. Insigne hoc munus ita gessit per quatuordecim annos, vt legationes magna dexteritate obeundo & cunctas officii partes fideliter administrando patriae commodum quouis modo studeret promouere. Anno 1708 Senatorio munere se abdicauit. Neque defuerunt, qui ideo doluerint, Eumque Patriae diutius inseruiisse exoptarint. Eodem anno Serenissimus Elector Brunsuicensis, hodie potentissimus Magnae Britanniae Rex, eum sibi ab intimis commerciorum consiliis esse clementissime voluit, qua dignitate hodieque Lubecae, vbi eiusdem Regis est Minister, conspicuus viuit. Ornat, praeter alia, Lubecam nostram insigni Bibliotheca, multis litterarum cultoribus inseruiente, quae librorum & copia & praestantia se commendat.

FRANCISCVS HENRICVS von EHRENBERGEN.

Vid. infra FRANCISCVS HENRICVS MATTHIASSEN.

HENRICVS FOCK.

Ortum eius sibi vindicat Lubeca nostra, quae eum an. 1672 in lucem editum excepit. Parentem coluit HERMANNVM FOCK, Senatorem

rem quondam Lubecensem meritissimum, cuius non solum habemus Memoriam a B. Suantenio scriptam, sed conseruatur ea etiam in templo Mariano, quod exornat ipsius Epitaphium, haecque Inscriptio:

D. O. M. & aeternae memoriae DN. HERMANNI FOCKE, liberae huius atque Imperialis Reipublicae Senatoris ampliss. & integerrimi, nati A. MDCXXXIV. die VII Sept. in Senat. lecti A. MDCXCII. d. XX Febr. denati MDCCI. d. XX. Maii, monumentum hoc patri optimo & bene merenti, ex voluntate, fecerunt liberi heredes.

Matrem vero exosculatus est ANNAM BREMERIAM, quae Patrem in religiosa educandi ratione laudabiliter adiuuit. Noster cum litterarum flagraret cupiditate, non solum adolescentulus priuatis commissus est praeceptoribus, sed iuuenis etiam publicis se doctoribus adiunxit Illustrabant ea aetate Athenaeum nostrum Hinckelmannus, Suantenius, Lipenius, quorum ope ad Academica studia feliciter est praeparatus. *Dum in patria versatus est*, inquit Vir illustris Io. Henr. Bergerus in Progr. scripto, cum Noster summis in iure honoribus esset ornandus, *egregiam docendi fidem coniunctim pariter & seorsim ei praestitit Rector Scholae patriae, de iuuentute praeclare meritus, postea Doctor Theologus, & quod a Catharinae nomine statutum est,* tem-

templi Hamburgensis sacerdos multa veneratione dignus HINCKELMANNVS, *eiusdemque Gymnasii illustris Prorector, vsu doctrinae praestans,* LIPENIVS, *& qui Rostochio, vbi Poëticen multa ingenii industriaeque laude tradiderat, accitus Lubecam, delatam Scholae praeclarae administrationem suscepit, eandemque magna vitae dignitate adhuc gessit, omnis liberalis disciplinae amantissimus vir,* SVANTENIVS. *A quibus, gauisus est, vehementerque laetatus, cum in eo munimento reliquam per aetatem doctrinam insistere animaduertat, se & linguas, omnis elegantiae magistras ac eruditrices, diligenter accepisse, & veri falsique disceptatricem edoctum esse, nullamque non humanitatis partem, quae quidem rudes adolescentium animos ad cultum morum traducat, vitaeque sanctitatem instituat, & grauiores difficultates, quibus doctrinae iter obseptum est, ac impeditum, occupet.* Ex Gymnasio nostro profectus est Kilonium, nactus ibi & hospitem, & doctorem, dignum, cui constanter adhaereret, *D. G. Morhosium*, virum, quem nominasse, est laudasse. Quantum inde perceperat gaudium, tanto an. sequenti afficiebatur dolore, cum mors summi Morhofii rationes ipsius vehementer conturbaret. Lugens itaque an. 1691 domum rediit. Sed mox Patrem, ad Belgas iter facientem, comitatus, atque hac occasione prudenter vsus, quotidie fere litterarum suarum incrementa expertus est. In primis vtiliter commoratus est Franequerae, limato commentandi genere *Mulleri* atque *Huberi* valde ibi delectatus. Maius fuisset commodum, nisi

Parens

Parens reditum maturasset in patriam. Hanc ante quam cum alma Wittenberga commutaret, aliquam scientiae iuris & aequi notitiam voluit ex ore D. *Quastenii* percipere. Receptus deinceps a Wittenbergensi Academia, maximos iuris antistites *S. Strykium*, *I. H. Bergerum*, *C. H. Hornium*, (quo Praeside an. 1693. d. 5. Aug. *Positionum Iuris Feudalis Exercitationem secundam de Natura & Definitione Feudi* publice defendit), *G. M. Heberum* & *G. Straussium*, felicitate profecto magna, doctores accepit, e quorum doctissimis praelectionibus semper potuit fructum capere exoptatum. Optimo quoque dicendi vtebatur magistro, *I. G. Neumanno*, qui licet deinceps ad sacrum transiret forum, humanitatis tamen studiis ita erat ornatus, vt haud difficulter alios posset veram & masculam eloquentiam docere. Viuebat etiam isto tempore magni nominis vir *C. S. Schurzfleischius*, quem res omni aeuo gestas multa facundia, magna grauitate, idonea fide proponentem ita auscultabat, vt hoc lumine valde illustraretur, & tenebras, quae in Historia solent esse, cerneret fugatas. Non opus hic est verbis meis: adsunt enim aliarum rerum testimonia. Adest tam copiosa quam erudita *Dissertatio de Regno Austrasiae* an. 1693. d. 15 Decembr., laudato Schurzfleischio arbitro, pro rostris Academicis egregie discussa. Adsunt honorifica gratulantium Io. Gothofr. Bergeri, C. S. L. B. de Hoym, C. A. L. B. de Frisen, Phil. Lud. Hannekenii, I. G. Neumanni, G. M. Heberi, I. H. Bergeri, C. H. Hornii,

Hornii, Georg. Franci de Franckenau, Io. Christoph. Wichmanshausii, at quantorum virorum! verba huic commentationi adiecta. Adest cum eadem coniuncta Epistola ipsius Schurzfleischii, quam honoris & elegantia caussa hic, vna cum inscriptione, exhibebo:

„Ad Nobilissimum clarissimumque virum „Dn. Henricum Fockium, Lubec. I. V. Cand. „de Regno Austrasiae in loco ad publice disse„rendum constituto summa cum laude in fre„quentissima Patrum ciuiumque corona disse„rentem C. S. Schurzfleischius.

„Duo historiae Germanicae adiumenta sunt, „notitia migrationum & explorata ratio finium, „quae praeparant cultorem & instruunt, sed „totam huius doctrinae amplae admodum & „diffusae laudem non absoluunt. Neutra pars „abs te neglecta est, quod duce Morhofio viam „ingressus es optimam, & veram elegantemque „doctrinam cum seueriori iuris disciplina con„iunxisti. Nam quod res ipsa loquitur, mira „quaedam animi solertia te in luce collocat & „singularem ingenii vim multis atque egregiis „speciminibus confirmat. Hic fundus tuus est „non sterilis, aut vitio corruptus, sed herbis „fragrantibus consitus, quae non gratum ma„gis, quam salubrem tibi odorem afflant, nec „modo oblectant oculos, sed praecipue ani„mum permulcent. Nam quae tua indoles „est, amplos industriae fines tibi describis, & „ab vltimo Germaniae limite ad Rhenum vs„que & Mosam excurris, Vangionesque & Ne-

 meres,

„metes, Treboccos & Menapios, Eburones
„item ac Tungros, Hasbanios quoque & Ri-
„puarios, Alemannos insuper & Boios, Fran-
„cos denique cis & vltra sitos, eorumque ori-
„gines, nomina & sedes accurate perquiris,
„nec te poenitet incepti, cuius ratio tibi con-
„stat, & aequis studiorum existimatoribus pro-
„batur. Quorum labores & bella, foedera ac
„pactiones in numerato habes, finesque sin-
„gulorum reputas accurate & discernis, & hoc
„consecutus Socraticum doctorem manu ver-
„sas, & inde vtilia ad vitam exempla petis, nec
„inspicis tantum negotia, sed etiam expendis,
„vt quid ex quo euenerit, quae causae consi-
„liorum, qui exitus fuerint, vnus omnium
„optime scias inter aequales tuos. Plura affer-
„rem, nisi cogitatio itineris mihi tempus eri-
„peret & alio me auocaret. Quare gratulor tibi
„in alma illa & libera Lubecensium republica
„honorem virtute partum, plenumque laudis
„certamen, cuius recordatio mihi periucunda
„est, cum ob nobilissimas ea in vrbe, quam in
„oculis fero, necessitudines, amplissimasque
„affinitates tuas, tum ob merita haud vulgaria
„& integram gentis tuae famam vsque prospe-
„re actas, praecipue in commerciis, quibus
„vrbis maritimae salus dignitasque continen-
„tur. Ita vero auguror magnam tuae laudis
„accessionem fore, quam honesti conatus &
„specimina perpulchra tibi promittunt, patriae-
„que spem alunt, & patri optimo gaudium af-
ferunt,

„ferunt, quod nulla temporum malignitas mi„nuet, aut inuidiae caligine obscurabit. Ita scripsit Schurzfleischius in laudem Nostri, qui tandem Lipsiam quoque, litterarum amplificandarum causa, concessit, gauisus insigni cum emolumento institutione hospitis sui *Franckensteinii*, nec non *Barthii*, rationem causas in foro agendi copiose ac diligenter exponentis, aliorumque, quos haec Academia illo tempore habuit, illustrium ICtorum. Restabat praemium, quod multi labores discendi causa variis in locis exantlati iure quodam suo postulabant. Hoc vt impetraret, reuertebatur Wittebergam, studiorum ipsius iuridicorum principem & praecipuam nutricem. Huic cum in edendis speciminibus, quae a summorum in iure honorum candidato requiruntur, se probasset, isque an. 1695. d. 22 Ian. *Disputationem Iuridicam solennem de Fructibus ac Impensis, quoad ad bonae malaeque fidei possessorem*, praeside *Io. Henr. Bergero*, insigni cum applausu tuitus esset, paulo post V. I. Doctor solemni ritu declarabatur. Auctus hac dignitate, itineribus, sapientiae ac prudentiae magistris, operam impendit. Lustrauit integram Germaniam, Silesiae quoque & Bohemiae regionibus non exceptis, Hungariam, Italiam, Heluetiam, Galliam & Belgium vtrumque, duos annos ac aliquot menses peregrinationibus consumendo ita, vt in notitiam & familiaritatem multorum illustrium doctorumque virorum penetraret, vnde fructum sensit haud vulgarem. Itineris feliciter con-

fecti annos sequebatur 1698 annus, quem vocant, residentiae ipsius tanquam Canonici Ecclesiae Lubecensis Cathedralis, quo finito, membris huius venerabilis Collegii est adscriptus. Subsequens annus 1699 nouos dabat honores. Gloriosissimus enim Daniae ac Norvegiae Rex CHRISTIANVS V ei splendida Cancellariae & Regiminis Consiliarii in Slesuici & Holsatiae Ducatibus munia deferebat, eodemque anno a potentissimo, qui hodieque sceptra moderatur, Rege FRIDERICO IV clementissime dabantur litterae, quibus haec dignitas confirmabatur. Quare Regio iussu per Ioannem Hugonem a Lente, Consiliarium intimum & Cancellarium, in Regiminis Cancellariam Gluckstadiensem introductus, non solum iudiciis Regiminis & Cancellariae, sed supremis etiam sacris, prouincialibus & aliis interfuit, rebus tam praeclare semper gestis, vt quum exeunte anno 1710 peteret a Rege dimissionem, his honorificis valde litteris, fidei, virtutis, diligentiae sufficientibus testibus, honoraretur:

„Wir FRIDERICH der Vierte, von „Gottes Gnaden, König zu Dennemarck, „Norwegen der Wenden und Gohten, „Hertzog zu Schleswig, Holstein, Stor„marn und der Dittmarschen, Graff zu Ol„denburg und Delmenhorst, thun kundt „hiermit, daß Wir dem Edlen, Unserm „bisherigen Cantzeley Raht, Henrich „Fock, Capitularen des Stiffts Lübeck, auf

dessen

„dessen beschehenes allerunterthänigstes
„Ansuchen, seiner Dienste, womit dersel-
„be bis hierzu verpflichtet gewesen, in Kö-
„niglichen Gnaden erlassen; Gestalt Wir
„ihme dann hiedurch undt in Krafft dieses,
„seinen schrifftlichen Abschied, undt da-
„bey dieses offenbahre Testimonium aller-
„gnädigst ertheilen, dass er in denen eilff
„Jahren, so Er in Unseres in Gott glorwür-
„digst ruhenden Hn. Vatern Maytt. und
„Unseren Diensten als Cantzeley Rath ge-
„standen, in allen ihme aufgetragenen
„Commissionen undt Verrichtungen
„Höchstseelig Ermelt Unsers Herrn Va-
„tern Maytt. undt Uns zu allergnädigsten
„Gefallen sich betragen, und sich die Be-
„forderung Unseres Interesse dergestalt
„getreu und fleissig angelegen seyn lassen,
„dass Wir darob ein vollenkommenes
„Vergnügen geschöpffet, und ihme dahe-
„ro desfals mit aller Königl. Gnade zuge-
„than verbleiben. Ersuchen undt gesin-
„nen demnach an alle undt jede dieses an-
„sichtige nach Standes Gebühr, hiemit
„freundlich, günstig und gnädigst, ober-
„melten Unsern gewesenen Cantzeley
„Rath sich vorfällig zu allem geneigten
„Willen undt fernerer Beforderung be-
„stens recommendiret seyn zu lassen. Sol-

„ches seynd Wir um einen jeden, bey Ge-
„legenheit respective in Freundschafft,
„Gunsten und Gnaden zu erkennen ge-
„neigt. Uhrkundtlich unter Unserm Kö-
„niglichen Handtzeichen und fürgedruck-
„tem Insiegel. Geben auf Unser Resi-
„dentz zu Copenhagen, den 1 Decembris.
„Ao. 1710.

Friderich R.

Quo autem honore a Potentissimo Danorum Rege dimissus, ea beneuolentia a Serenissimo Principe Slesuici & Holsatiae est receptus, sub initium anni 1711 Consiliarius Iustitiae vocatus, quam spartam, admissus ad votum ac sessionem in Cancellaria Gottorpiensi, coepit ornare, ornaret hodieque, (etenim adhuc officii huius religione tenetur) si belli fata permitterent. Interea Reverendi Capituli Lubecensis thesauros administrat, quod munus, an. 1711 m. Aug. a Sereniss. Principe ac Reverendiss. Episcopo Lubecensi ei commissum, *Praelaturam Thesaurariae* solent vocare.

IOANNES FRANCKIVS.

ICtum hunc & Consiliarium, patrem *Augusti Hermanni Franckii*, Theologi Halensis notissimi, virum humanitatis studiis ac virtutibus perpolitum, obliuioni eripuit amicus ipsius optimus, Henricus Bangertus. Huius enim superest Επιτάφιος *memoriae & honori Matronae honestissimae*

mae ELSABAE, viri integerrimi HANS FRANCKEN, Ciuis Lubecensis & Pistoris industrii viduae, ad Filium, virum nobilissimum, amplissimum & consultissimum Dn. IOANNEM FRANCKEN, I. V. Doctorem celeberrimum, Illustriss. Saxoniae Principis Consiliarium, scriptus. Lubec. 1664. 4. In eo pag. B 4 sq. scribit: „Anno demum 1625. d. 28 „Ianuar. IOHANNEM, prolem suam vltimam, „in lucem edidit, ad quem ab initio hic Ἐπιτά-„φιος noster institutus est, & in quo postea de-„sinet. Qui quantus vir in omni litterarum „genere euaserit, dicerem, nisi doctis notum es-„set, & pudori ipsius in praesens parcere statuis-„sem, aut etiam amicitiae nostrae id dare vide-„ri possem, quamquam in pueritia nec votis pa-„rentum ad studia destinatus esset, nec sua „ipsius voluntate ad illa magnopere ferretur, „vt etiam an. 1640 relinquere illa, & paternum „sequi opificium cogitaret. Et tyrocinia iam „in illo auspicatus erat, cum a Viro clarissimo, „Dn. IOHANNE KIRCHMANNO, tunc Re-„ctore, cuius viri in Scholam Lubecensem me-„rita & libri omnis elegantioris doctrinae ple-„nissimi nomen illius aeternitati consecrarunt, „scripta in eam rem Latina ad illum epistola, ad „litteras reuocatus & vehementer incitatus est. „Parentes igitur cum filium ab honestissimo re-„vocare proposito religioni sibi ducerent, non „alii illum studiorum generi, quam Theologi-„co, se emancipare exoptabant. Et paruisset lu-„bentissime, nisi facundia illa, quae ad conciones „sacras habendas requiritur, & vocis ac laterum

„firmitudine se destitutum deprehendisset. Ad „Musas igitur postliminio reuersus solertia non „vulgari in patrio Gymnasio excolere eas per„rexit, & an. 1641 Maio mense Dantiscum a pa„rentibus missus, admodum reuerendo & ex„cellentissimo viro IOHANNI BOTSACCO, „SS. Theol. Doctori celeberrimo, Gymnasii illic „loci tunc Rectori, in disciplinam atque conui„ctum traditus est. Gymnasio huic & praecipue „tanto & tam felici doctori domestico, multa in „litteris se debere, vltro & grata mente semper „profitetur. Sub initium anni 1642 ad Acade„miam, quae Regiomonti in Borussia est, & tunc „doctis florebat viris, concessit. Anno sequen„ti parentum voluntate & suo ipsius iudicio Ro„stochium se contulit. Hic egregiis viris, & in „illis litteris, quas publice profitebantur, excel„lentissimis HENRICO RHANIO (6), Iuris „interprete non minus fideli, quam felici & „ANDREA TSCHERNINGIO, Poëta per „Germaniam celebri, praecipue vsus, eos in „legum scientia & elegantiori litteratura pro„gressus fecit, vt iam suo se remigio nauigare „posse confideret, & animum ad loca extera vi„senda adiiceret. Rostochio igitur an. 1645 „in Daniam traiecit, & inde mari in Batauiam, „vbi HEINSIVM, SALMASIVM, VOSSIVM, „BARLAEVM, BOXHORNIVM (at quantos viros

(6) Extat Franckii nostri *Planctus in funere Viri incomparabilis Henrici Rhanii, ICti & Profess. Rostoch.* Lubec. 1662. 4, qui continet elogium huius praestantissimi viri.

„viros!) in ſtudiis ſapientiae: in iurispruden„tia SCOTANVM, VINNIVM, MAESTER„TIVM, ICtos famigeratiſſimos, non modo „publice docentes audiuit, ſed quoque familiares „ad illos acceſſus nactus, plurima adhuc, quae „ad ſolidam requiruntur doctrinam, ſibi com„parauit. Poſt ad

„ penitus toto diuiſos orbe Britannos

„nauigauit, & cum viris, qui tunc in primis „clari per illud regnum erant, verſatus eſt. In„de Galliam adiit, quod regnum ferme totum „peragrauit. Ex eo per Heluetiam, aſſumta „prius Baſileae Doctoris dignitate, & per Ger„maniam, exeunte anno 1648 in patriam re„dux factus eſt.„ Hactenus Bangertus. Idem memorat etiam pag. C, quod fuerit Collegii Canonicorum Ratzeburgenſium per decennium & amplius Syndicus, vltimusq́, qui, deceſſu Canonicorum hoc Collegio ex lege publica Pacis Monaſterio-Osnabrugenſis ſenſim extincto, munus hoc adminiſtrarit. Obtinuit tandem Illuſtriſſimi Principis Gothani ERNESTI PII clementia ſplendidum Conſiliarii Aulae & Iuſtitiae munus, quo cum Gothae fungeretur, vitam cum morte commutauit. Quae fuerint, praeter iuridica, huius Viri ſtudia, ipſe expoſuit & documento quodam illuſtri comprobauit in Epiſtola pariter ac Carmine, quibus Bangerto munus Rectoris gratulatus eſt. Iuuat in hoc libro, qui in gratiam Scholae conſcribitur, litteraria iſthaec monumenta conſeruare, tum quia ſtudia Franckii noſtri docent, tum quia

Vindicias Scholarum (quarum hodierni quoque contemtores vtinam perpenderent rationes, quibus Franckius egregie illas defendit) complectuntur. Ita autem scripsit & cecinit Franckius:

„ CL. V.
„ HENRICO BANGERTO
„ IOANNES FRANCKE, D.
„ S. P. D.

„Cum me, Clarissime Vir, amice, cui neminem „aut confero, aut praefero, ad gratulandum tibi accingerem, prolixitatem quidem euitare „studium erat: adferre tamen in medium ali„quid, non indignum homine politico, occu„pato licet circa forensia negotia, atque id ipsum „non versu & numeris, sed sermone libero, si„ve legibus metricis soluto, meditabar. Quo„niam vero molienti talia otii parum suppete„bat, coepi perquirere dudum mihi cogitata & „parata quasi ac sese ipsamet obtrudentia. So„leo quippe in politica re atque scientia ad exer„citandum me meumque ingeniolum, ludibun„dus ad hominum dilabi functiones, a mea „quidem professione alienissimas, at eandem „fere cum ciuilibus rebus faciem gerentes, vt „hinc publice vtilia noxiaue (id quod per simi„lia optime & facillime fit) condiscam & per„noscam. Proinde nunc ad Medicos diuerto, „eorumque volumina curiose scrutor, rem totam „ciuilem cum diuina hac & humano generi „tam salutari arte per singula comparans, ri-

mans-

„mansq;, atq;, quantum pro ingenii mei mo-
„dulo licitum, acutiſſime indagans, quomodo
„Aeſculapii hi filii circa corpora noſtra occu-
„pentur, ſiue praemuniendo ea, ſiue conſer-
„vando, ſiue vindicando ab interitu pro ſua
„ſuaeq; artis facultate, vbi collabaſcunt: nec
„non quibus ad conſequenda ea omnia reme-
„mediis vtantur, lenioribusne an aſperioribus,
„neceſſitate ſic, aut prudentia, flagitante. Quan-
„do nimirum aut mitigent, leuent, ſolentur,
„corroborent, aut quando purgent potius, ſen-
„tinamque euacuent, ſanguinem mittant, ſe-
„cent, vrant. Nec dici poteſt, quam egregia
„pro publico bono, & ſolida argumenta, ex Me-
„dicorum dictaminibus peti & deſumi poſſint,
„ſiue Reſpublica floreat felix & vigeſcat, ſiue ea
„titubet, aut lethaliter etiam aegrotet. Quin
„in ipſo ſenili, vt loqui amant, μαρασμῷ, ho-
„rum exemplo ſuſtineri multum poteſt, & ei-
„dem prorogari aeuum. Vsque adeo, vt ego
„crediderim, quo quis peritior & ſolertior medi-
„cus ſit, eo illum Politicum futurum, ſi ani-
„mum aduortat, & conetur, excellentiorem
„prudentioremque. Nunc vero caſtra milita-
„ria audaculus ingredior, & magnos luſtro
„exercitus, atq; exinde mihi ſeligo publicis ali-
„quando curis conducibilia, quae quam maxi-
„ma ſane ſunt, & icciroo, vel attingere hic ſu-
„perſedeo. Nonnunquam denique ad vos
„quoq; oculos flecto, & in Scholam veſtram
„redeo, ante tot annos derelictam, normam
„prudentiae ciuilis exigens a vobis & apud vos
„in-

„inueniens. Non credunt fortasſis ordinis „veſtri contemtores, nec capiunt, quanta opus „ſit, qua eruditione, qua prudentia, ad regen„dam ſcholam, inprimis ſi ampla ea & ordinan„da bene ſit. Praecurritur hic quaſi & optime „praeluditur omni politicae adminiſtrationi, „quae quidem prudentiae & grauitatis laudem „cupiat mereri. Ludimagiſtri ſunt, ſed ſum„mae dignitatis & cathedrae eminentioris, quot„quot populis & ciuitatibus praeſunt, easque „regunt, nos diſcipuli, qui paremus. Totus orbis „Schola eſt, & Vniuerſitatis magnificentiſſimus „& perpetuus Rector DEus. Eam rei ſchola„ſticae & regiminis cuiusq; conuenientiam, hac „vice ſub ipſis his ſecundi Rectoratus tui pri„mordiis (quae felicia tibi voueo, & proſperi„oris in longum vitae praenuntia) ſoluta ora„tione, vt dixi, per ſingula doctrinae Politicae „capita deducere, & qua ſerio, qua iocoſius ali„cubi, reddere manifeſtam, animus mihi erat „& ingens lubido. Decreueram quoq; id „omne ad Hiſtoricorum, Taciti praecipue, re„gulas, ceu ad obruſſam, lapidemq; Lydium Po„liticorum, exactius examinare, & exemplis „illuſtrare dilucidius. Deniq; tentaui vadum, „viſusq; mihi ſum, potuiſſe, vt Soliniano verbo „vtar, facillime peruadare. Deprehendi tamen „eadem ſtatim opera, cogitari quidem haec & „mente perſpici celerius, ſed non niſi intentiori „animi cura & labore accuratiori poſſe elabora„ta dari otiumq; requirere maius, & ſedatius, „quam deſultorium illud & perbreue ſit, quod

„ex

„ex forensi strepitu mihi soleat relinqui. Ad
„carminis igitur scriptionem me conuerti, pro
„more ferme omnium solemni & perpetuo, qui
„aut aliis gratulantur, aut cum iisdem ingemi-
„scunt. Quippe omnino silere in temporibus
„laetioribus tuis, tibiq; adeo honorificis, ami-
„cus non fucatus & tot annorum, nec volui nec
„potui. Sed & hic, vbi frena affectui laxaui,
„longo illo & liberrimo coepit campo decurre-
„re, nec sisti valuit, antequam metam conti-
„gisset. Ergo indulsi exuberantiae amoris,
„passusq; sum, vt, quod vrceus coeperat insti-
„tuti, tota currente amphora, quamuis detorta
„& informis, exiret. Scripsi enim per impetum
„ingenii, &, quicquid sese primum obtulit,
„sine delectu, sine cura, & sine vlla arte in
„chartam conieci. Atq; inde ruditas illa car-
„minis non minor, quam simul prolixitas. Lar-
„giflua quidem poëtica mea vena est, sed indo-
„cta & plurimum limi secum trahens. Subsi-
„do ad radices Parnassi, ad montem ne me-
„dium quidem enitor, multo minus ad cacu-
„men & penitissima Musarum sacraria. Neq;
„affectaui vnquam Poëticam laurum, licet scri-
„bendorum versuum mihi facilis labor & sae-
„pius sese mihi illi inuito & nolenti inge-
„rant. Ad alia me natum factumque sem-
„per credidi, contentus, si versus mei Lati-
„ni & perspicui sensus, quando nonnun-
„quam amicorum honoribus (quod raro fit)
„condendi sunt. Interim scholam laudaui, &
„vos, regimini illius praefectos, vindicaui a
mali-

„malitioſorum iuxta ac inertium contemptu.
„Quaſi digitum intendi ad fontem, & rudi Mi-
„nerua Scholam veſtram cum Republica & re-
„gnis comparaui. Exquiſitius non licuit, niſi
„voluiſſem librum ſtruere, & incidere in id,
„quod carmine per otii penuriam effugere quae-
„rebam. In quod, vt vides, amoris copia ta-
„men incidi, tam Epiſtola hac, quam illo, in-
„feliciter nato. Aſperius aliquantulum dixi
„in hominum genus *ἄμυστον καὶ ψευδόσοφον*,
„qui prae aliis ſibi *πολιτικοὶ, καὶ δικαστικοὶ* vi-
„dentur, cum tantum, quantum fungi, ſapiant,
„arrogantes interim amoenioris ſolidiorisque
„litteraturae contemtores, hoſtesque ipſius a-
„mabilis Honeſti. Saeculum quidem noſtrum
„iis ſcatet & vndique exundat, neminem tamen,
„quem ego nouerim, prae ceteris & ſigillatim
„taxo, quod Deum teſtor. Tantum vindicare
„volui ab omni impietate & proteruia littera-
„rum & verae ſapientiae gloriam, hortarique
„& incitare ad eam noſtram iuuentutem, libe-
„rosque praeſertim meos. Hos doceo, & his
„inculco, quid ſequi debeant, & quid vitare ac
„fugere. Concordiam etiam inter regentes &
„obſequentes Scholis ipſis commendaui, vt a
„teneris addiſcant, qua re praecipue publica
„ſalus nitatur & firma ſtet. Nihil denique
„ſcripſi aut effudi, quod non optimam & e-
„nixisſimam voluntatem litteras & rempubli-
„cam pro virili mea iuuandi, incitamentum
„habuerit, atque etiamnum habeat. Tu modo,
„amiciſſime virorum, qui meum animum iam

pri-

„pridem totum edidicisti, & pernosti, aut quis-
„quis alius legerit, consulito haec bonique ae-
„quique. Sit hoc qualecunque monumentum
„mutuae nostrae beneuolentiae erectum, quod
„aeuum nostrum videat & laudet. Posteritas
„vero, si qua illi futura nostri cura est, vel in
„tumulis nostris hoc epigramma meum (gar-
„rula nequicquam, cessasue tacesue Poë-
„sis?) contempletur, & si non verba, quae ru-
„diora sunt, mentem tamen, sincerique amo-
„ris perpetuam voluntatem aemuletur:

„ Quos virtutis amor, doctrinae iunxit & ardor,
„ Binos certe habuit nostra Lubeca viros.
„ Alter FRANCVS erat, BANGERTVS & alter: vterque
„ Exemplar fidae vixit amicitiae.

„Sed quo iterum effusiore affectu impellor?
„Vale, ὦ τ̃ ἐμῆς ψυχῆς τὸ ἥμισυ, & annis ac glo-
„ria cumulatus in Scholae & litterariae rei emo-
„lumentum viue. Dabam e Museo, 16
„Martii.

Scilicet hic aeui genius, redeuntis in orbem;
Quae pede nunc firmo stant, ruitura labant;
Deinde cadunt, aliis cedentia: scenaque vitae
Est brevis: & tali fabula nostra datur,
Qui nobis agat hanc melius, si quando videmur
Deficere AVCTORI, complacitumue, DEO.
Induperatori lex haec & Regibus aequa est;
Huic, qui te sequitur, cede, caduce, loco.

Amphi-

Amphitryoniades fesso successit Atlanti.
Coelica regna patris, Iuppiter alme, tenes.
Si qua fides vanis est hac in parte Poëtis,
Christicolae docti sed meliora sumus.
Regibus haec eadem lex, Principibusque Scholarum,
Hos eadem, atque alios, vltima fata manent.
Gualtperio Kirchmannus *erat successor, eidem*
Meierus, *cuius lampada, amice, capis.*
Et merito. Quis enim fuerit te dignior alter?
Sceptraque ferre Scholae quis magis aptus erit?
Non te collaudo, Bangerte, *nec vllus adulor,*
Hoc neque do nostrae blandus amicitiae.
Est doctrina tibi, magna est prudentia rerum,
Qua iuuenes mira dexteritate regis.
Incessu grauis es, grauis es, quando aurea dictas,
Praelucens aliis per iuga sacra facem.
Atrides qualis sedet altae ad moenia Troiae
Sceptriger, in Danaos imperioque valet,
Increpat, hortatur, castigat, & excitat, atque
Nocte dieque vigil per vaga castra volat,
Iustaque militibus virtutum praemia soluit,
Vel poenas culpae, si meruisse putet,
Imbuit inprimis cultuque metuque Deorum,
Atque Iouis rigidi tela timere iubet.
Talis tu, Bangerte, mihi videare necessum est,
Siue Scholam lustras, in Cathedraue doces.
Doctrinamque simul, verae & virtutis amorem
Ingeris, in teneris pectoribusque seris.
Ingenia vt varient, nosti discernere prudens,
Quae bona, vel quae sint noxia, cuncta notas.

Illis

Illis das pretium virtutum & laudis honorem,
Hosque metus flagri non sinit esse malos.
Scilicet haud terror satis est? En dextra coërcet,
Poenaque terrorem pluribus vna facit.
Crede salutares ferulas, pia segmina ligni,
Quot frugi efficiunt vestra flagella viros!
Aufer eas puero, quam multa patrabit adultus,
Carnificis saeua vindice digna manu.
Nunc melior: tactus didicit, sapit ille dolore;
Nunc scelerum Nemesin, te monitore, cauet.
Inprimis indubiam supremi Numinis iram,
Quod pensat poena crimina cuncta graui.
Nam Deus vt lentus, sic est certissimus vltor,
Deludi feriens cui manus arte nequit.
Contra, quam clemens est, atque benignior idem,
Delicti cum nos poenituisse subit!
Pura cui vita est homini, moresque probati,
Hunc ope diuina ductat & vsque regit.
Felices animae, feruens quibus ardor honesti,
Summaque cura, sibi conciliare Deum!
Has locuples sequitur cumulusque segesque bonorum,
Has DEus omnimodis, dans sua dona, beat.
Haec, Bangerte, doces, haec tradis & impiger vrges,
Hic labor assiduus, perpetuusque tuus.
Tu mihi Graecorum quouis Agamemnone praestas,
Diuersum quicquid saecula vana putent.
Si pietate caret, quae vita beata putanda est?
Hac sine quid splendor regius? vmbra, vapor.
O stultas hominum curas vanosque labores,
Vanaque, quae tanta sedulitate parant.
Vitrea cuncta, magisque ac vitrea, regna triumphi,
Siue, quibus nimium fidit auarus, opes.

Saepe haec stultorum sunt naufraga saxa saluti;
Qui sapit, ille DEO non nisi grata cupit.
Norma sit haec nostris, sit meta & regula rebus,
Diuino ex placito viuere, siue mori,
Praeterea seruasse Dei mandata per omnem
Vitam, quantum homines hic probitatis habent.
Haec soboli nostrae plus commendasse iuuabit,
Quam gazas fului diuitiasque luti.
Ille mihi diues, quem coeli gratia ditat,
Et sancti flatus enthea dona beant.
Magnus & ille mihi, sapiens, prudensque potensque,
Sique alia sibi re quis placuisse potest.
Sed placuisse sibi, coelesti Numine plenus,
Tam sibi quam saeclo displicuisse solet.
Dici multa queunt (animus quoque gliscit & ardet)
Talia, sed mihimet nunc moderator ero,
Hoc volo, quod plures capiant tua munia laudes,
Multorum credit quam malesana cohors.
Deridens quodcunque scholam sapit, arbitra rerum
Aequa minus, nexis ambitiosa dolis.
Qui soli sapiunt, si fas est credere, soli
Prudentes, rauci participesque fori,
Seque putant solos vndis ciuilibus aptos,
Quos Regum solos aula superba colat.
Cum tamen inflatos stolida ignorantia reddat,
Atque rudes plus, quam barbara barbaries.
Exsuperat fatui, vestrum sapientia captum,
Et mens est tenebris obruta Cimmeriis.
Erratis, nam magna Scholae quoque gloria mansit,
Hanc Deus, hanc homines condecorare student.
Haec est, quae mores cunctorum format ad vnguem,
Ad metam positae fida magistra viae.

A

A recto facile haud concedit tramite, aberres,
Ni forte ipse mali deuia quaeris amans.
Ingens vtilitas, hinc quam Respublica sentit:
Fonte ex hoc ciuis defluit, instar aquae.
Haec patriae Schola larga suae plantaria praebet,
Millibus haec hominum tot satis ampla penus.
Funditur excultum genus ex hoc diuite cornu,
Rex, Princeps, Consul, Mysta Sacer, Medicus.
Faex populi, populusque & tu, venerande Senatus,
Destina consilii, Curia sancta Patrum.
Lucripetae mercatores, opifexque marisque
Incola, nauta, tui, miles & agricola.
Optima proma horum Schola sufficit omnibus vna,
Hos omnes docta perpolit arte rudes.
Quod legere, ornate quod scribere nouimus, inde est:
Omnia sunt sanctae munera docta Scholae.
Eloquimur scite, vel carmina condimus, idque
Graiugenum verbis, Romule, siue tuis?
Suppetit Hebraicae nobis sacra copia linguae,
Totaque callemus, quae Synagoga docet?
Haec sunt Pieriae praeclara brabeia palestrae,
Dona frequentatae sunt pretiosa Scholae.
An quis honos? an opes? animis an honesta volu-
ptas
Accidit? haec etiam sunt tribuenda Scholae.
Quis te praeficeret rebus, Vir rustice, magnis?
Diues an & raris moribus, vxor erit?
Nulla; ferox nisi quae mouet ipsi bella decoro,
Et Florae, haud Fidei si qua proterua litat.
Egregie exculti iuuenes has spernite brutas,
Quas satis insulsum vindicat ingenium.

(An me aliquis vetet hoc adspergere dulce seuero?
Ad ioca quam blandum ridet amica Venus?)
Non desunt aliae, quae magna dote licentur,
Et quicquid doctum, & quicquid honorificum.
Vellus adhuc fuluum superest & Colchica praeda,
Aonidum tuta vos vehit vnda rate.
Et decus & robur niťenti ad magna ministrat
Vxor, fortunae prosperioris apex.
Si bona, si diues, si magno nata parente,
Contigit, & (dubites?) contigit ipsa salus.
Si qua salus rebus fors inuenienda caducis,
Parsque his humani possit inesse boni.
Non tamen hoc tua stet spes tota, animosa iuuentus,
Virtuti inuoluas te, generosa, tuae.
Non fuge tu curas, nimiumue timeto labores,
Queis recte venit, quicquid vbique boni est.
Quin operae, mereat quae laudem, fortiter insta,
Desidiam cane tu peius & angue caue.
Deficiunt vel opes, vel honos? te, crede, sequentur,
Non exspectantem, temporibusque suis.
Conscia mens recti sit honos, thesaurus & amplus,
Sit decus & merces, quod bene semper agis.
Cuius, docte, rei prae indocto magna facultas,
Est tibi: non videt is, quae bona caecus agat.
Caetera fide DEO, ille tuis firmissima rebus
Anchora fidentem deseruisse nequit.
Qui nimium tribues humanis viribus, erras,
Te Deus euertet, praecipitemque dabit.
Profluit ex studiis nobis quoque summa voluptas,
Dulcior Hyblaeis, Cecropiisque fauis.
Vt taceam sacrae sapidissima dogmata gentis,
Theiologumue, quibus Biblia tota scatent.

Tu

Tu Plato, tu Xenophon, quique ingeniose, Stagirae
Editus in lucem, maxime Aristoteles.
Tu Cicero, & Seneca, & vos Historici atque Poëtae,
Dulciloqui, suaues, flexanimique viri,
Nectare & ambrosia mentem saturare videri
Tunc soleo mihi, cum vos, vestraque scripta lego.
Nulla mihi tanta est, nec maior in orbe voluptas,
Nil magis aut sapidum laetificumque magis:
O iucunda mihi, pergrataque tempora, quae vos
Aufertis, vitae delitiaeque meae!
Per vos arguto incoctum cui pectus Honesto,
Is capiet leges, Papiniane, tuas.
Atque, Africane, tuas & vestra aenigmata soluet,
Talis Hotomannus, Cuiaciusque fuit,
Tale Tiraquelli praeclari nobile nomen,
Famaque Budaei talis, & Alciati,
Spernere ne videar mea te Germania, tales
Rittershusiades, Giphaniosque cluent,
(Ex magno paucos liceat depromere aceruo)
Tales Vulteius, Zasius atque alii
Quid multis? tales populorum iura penetrant,
Prudentes valido consilioque iuuant.
Publica si quam vim patiuntur commoda rerum,
Immineant regnis damnaque sorte graui.
His, Palinure, tuum tuto committito clauum,
Cum ratis in tumido fluctuat Oceano.
Atque haec vtilitas doctrinae, & gaudia mentis,
Dulcia, debentur (diximus ante) Scholae.
Talia quae subeant indocti pectora vulgi?
Quae vis consiliis? quae queat esse Venus?
Bartolus & Baldus, Salicetus, Mainus Iäson,
Barbara sunt doctis nomina, clara fori.

 Con-

Condonanda viris haec sunt ob saecula, totas,
Nec culpo curas, turba operosa, tuas
Tota licet per vos Iurisprudentia crassos,
Facta alia, & veterum formula nulla foro.
Sedulitas laudanda tamen, laudandus & ardor,
Queis multum vestris cernitis in tenebris.
Si quis amor doctis peruoluere scrinia, vestris
Quam, fateor, scriptis aurea multa latent!
Ast ea colligimus per vos, collegit vt aurum
Ennii ex immundo stercore Virgilius.
Non peccat, sollers si vos perlegerit ille,
Quem premit aut nutrit, litigiosa Themis,
Huic sapitis, non vltra, & talem spernere nolim:
Saxum cogor idem voluere Sisyphium.
Vos taxo fucos, exscriptoresque dolosos,
Insignis quibus est gloria, decipere.
Vos, pecus ignauum, qui nomina tanta crepatis,
Cum neque vel legitis, lectaque vel capitis,
Vestra tamen plures simulata scientia fallat.
Haec cui debetur gratia? nonne Scholae?
Vel simulare aliquis praeclaras audeat artes,
Liberet a summa ni ruditate Schola?
Ite, mali, praeceptores contemnite vestros,
Mendaci speciem qui tribuere dolo.
Taedeat hos potius, sibi nutriuisse cuculos
Ingratos, pestem vipereumque genus.
Quot sunt cunque boni, totos debere fatentur
Sese Socraticae laetaque cuncta Scholae.
Atque ita, dum viuunt, summo affecisse Magistrum
Cultu (nempe instar progenitoris) amant.
Sed quo dilabor? quo feruidus abripit aestus?
Confiteor, dixi plurima, non nimia.

Claudi-

Clauditur anguſtis nondum Schola finibus illis,
Sed magis auguſta eſt gloria, creſcit honos.
Regibus aequaui vos, Principibusque, Scholarchas:
Nec piget Atridi te aſſimilaſſe Duci,
O Bangerte, decus, quisquis perpenderit, apte
Hoc a me factum dicet, & iuuenict.
Parua Schola eſt Reſpublica, ſunt compendia Regni
Curta haec & ſpeculum perbreue militiae.
Et re conueniunt, & origine, nomina Regis
Rectorisque, ambo qua ratione regunt.
Induperator tu, Regum Rex, imperiique
Collegae, Proceres ſunt ſociique tui.
Nec nouus ad faſces properas, inſtructus ad illos,
Quos olim placuit depoſuiſſe, redis.
Ardua crediderat Rectoris munia dudum,
Oldenburgiacis qui dominatur agris,
Princeps atque Comes celſisſimus: antetuliſti
Allectus noſtra regna ſecunda Scholae,
Donec, cuncta hominum moderantia, fata iuberent,
Denuo vt in primum proueherere locum.
Regnandi vetus atque es callentisſimus, ergo
Artem nec poteris dedidiciſſe tuam.
Munera nota ſubis, meditataque pluribus annis,
Et bene ſunt regni cognita iura tui,
Maieſtas ſuprema tua eſt: diuiſa per omnes
It tamen, exque tuo limpida fonte fluit.
Tu rerum ſummae inuigilas: eſt portio curae
Magna tuae, punis, inſtruis, atque premis.
Detrimenta, caues, Reſpublica ſentiat atque
Cunctorum prudens commoda vera paras.
Se iungunt proceres tibi: ſumit quisque laboris
Particulam, propius quilibet vrget opus.

Vestra suo nec deest plebs subdita munere, miro
Consensu imperium constat & obsequium,
Sunt leges vobis, dominatio iusta, regendi
Artes, ius belli, foedera, relligio
Et quicquid pacem solet integrare labantem.
Si turbant ciues obsequiumque negant,
Stringitis impauidi ferulasque, trucesque bacillos,
Seu coquit infandum quis Catilina nefas.
Cogitur ex templo tunc curia: crimina duro
Plectuntur grauiter carcere & exilio.
(Intestina etenim vobis sunt omnia bella,
Sentitis tantum nequitiamque domi,
Et cuius domitae semper victoria vestra est,
Perpetuo victi vos manet hostis honor.)
Si saperent iuuenes, genio raperentur iniquo
Et minus, ac pacis sanctior esset amor,
Publica priuata bona sedulitate iuuarent,
Praesidibus faciles, morigerique forent.
Communem quisquis turbas, malecaute, quietem,
O! quantum peccas! quae tibi sumis iners?
Quae tibi confundit mentem vesana lubido?
Nescis officium, non tibi recta sapis.
Falleris atque erras, nimium confisa iuuentus,
Sic acrem fatuus calce ferit stimulum.
Dura tibique tuisque paras, audacula, rebus,
Et tecum praeceps publica damna trahis.
Non minuis, nec corrigis, vt vis, falsa, videri.
Queis dedit imperium, protegit ipse, Deus.
Vindicat iratus, vehemensque vlciscitur idem,
Quos gessisse suas vultque iubetque vices.
Denique qui praesunt, quibus est fas tradere fasces,
Non tantos motus dissimulare solent,

Con-

Contemptos valida sed maiestate tueri,
Laeso horum laesum nomine numen habes.
Errant forte? mone, non coge; precare, nec vrge;
Competit obsequii gloria sola tibi.
Si qua Scholae desunt, vt sunt humana, Tribunus
Sis placidus, turbas aequanimusque fuge.
Intestina Scholis nunquam certamina prosunt,
Publica dum turbas commoda, nulla capis.
Exemplo nimium peccatur, plusque nocebis,
Per male facta, boni quam bene dicta ferent.
Omnia proculcat reuerentia demta Magistris,
Optima principio, pessima fine ruunt.
Nec satis est, sincera tibi quod visa voluntas:
Pax concors studiis mater, amica quies,
Res contra validas vecors discordia vertit,
Consulito haec, quaeso, me monitore, boni.
Mens erat, haec lato diducere singula campo,
Ore (nec haec numeris) liberiore loqui,
Inter se rem ciuilem conferre Scholamque,
(Vt mihi pauxillum suppetat eloquii!)
Sicque scholam, quod nomen habet, quasi fingere ludo:
Nam puto, ridendo dicere vera licet.
Et procedebant bene cuncta, sed ordine longo,
Vt dixi, & cura permeditanda graui.
Hinc me deterrebat opus, potuisse labore
Defungi leuius, sum mihi visus iners,
Si rapido veherer studia ad Parnassica cursu,
Et nullus sineret quaerere verba pudor.
Caetera commodius vacua in mea tempora seruo
Si fuerit tetrico tempus inane foro.

Promissis mutuo male, me mea nomina terrent,
Quod mihi contingant otia rara, scio,
Et laetor: mala cum corrumpant otia mentem,
Esse fauens vacuis nec Deus ipse velit.
Ergo exorsa mea est hoc Musa volubile carmen:
Et coepit fluidos praecipitare modos.
Vin', etiam ridens hilarum iocer hic? tibi non sum
Orator? facilis versificator ero.
Hoc natura dedit mihi, Nasonique, benigna,
Vt si collibeat scribere, versus eat.
Versifici liceat, cui non licet esse Poëtae.
Non furor est? sat me proflua vena iuuat.
Gloria nulla mihi petitur; sed (dixero) laus est,
Quod venit in buccam, stringere posse metro.
Res loquitur, nec testis eget, quam flumine largo
Haecce ruant celeri carmina fusa manu.
Incaluit nimis ingenium, modus adsit, oportet,
Hac grauis immodica garrulitate fui.
Contraho vela igitur, nauemque ad littora sisto:
Si vacet, vt dixi, munera plura dabo,
Atque adero scriptor numerorum lege solutus.
Interea ex animo grator, amice, tibi,
Et precor, vt Sparta hac sis felix, vtque beatus.
Vt viuas! durent vt tua regna diu!
Quae mea vota fauens iubeat rata gratia coeli!
Ast ego sic properum claudo Poëma meum:

Quisquis es, ex tripode hoc tibi dictum
ducito: Si vis
Rem bene Ciuilem discere, disce
Scholam.

AVGV-

AVGVSTVS FRIDERICVS de IOHN.

Vthini an. 1684 natus eſt, patre Viro perilluſtri atque excellentisſimo CHRISTIANO GODOFREDO de IOHN, qui Vice-Cancellarii in Glückſtadienſi ciuitate & Serenisſimi Danorum Regis Conſiliarii ſplendida munera hodieque maxima cum laude adminiſtrat. Studia, quibus aetas iuuenilis ad humanitatem ſolet informari, abſoluit in Gymnaſio noſtro Lubecenſi, cuius alumnis per quinquennium fere non ſine ingenti fructu interfuit, B. *Suantenii* ſedulus in primis auditor. Aetatem Academicam Halae atque Lipſiae exegit, inſignemque iuridicae ac ciuilis diſciplinae notitiam ſibi comparauit. Varias quoque perluſtrauit regiones exteras, probe gnarus, peregrinationes eruditas iis plurimum prodeſſe, qui rerum gerendarum peritia aliquando cupiunt excellere. Vnde etiam a Clementisſimo Rege ſuo mox fuit dignus iudicatus, cui publicum munus deferretur. Anno enim 1708 Secretarius fuit declaratus, & an. 1717 vocatus Straleſundium, vbi nunc viget Conſiliarius Cancellariae & Regii Tribunalis Aſſeſſor. Fratre gaudet CHRISTIANO ALBERTO de IOHN, an. 1697 in lucem ſuſcepto, cuius hic quoque mentionem facio, quoniam per tres annos in publica noſtra officina litteraria humanioribus diſciplinis addiſcendis operam nauauit. Inuiſit deinceps Halam Lugdunumque Batauorum, in vtraque

Aca-

Academia ad iurisprudentiam & reliqua hominem ciuilem ornantia studia pede non infelici progressus. Tres quoque annos consumsit itineribus, Anglia praesertim cum cura perlustrata. Anno superiori 1719 Praefectus & Satrapes (Ambtmann und Land-Vogt) Rugiae est constitutus.

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS KIENIVS.

Patriam agnoscit Lubecam, non autem Halam Saxonum, quam ei vir quidam magnus patriam assignauit. Editus est in lucem an. 1655 d. XII Martii, honestissimis gauisus parentibus *Ernesto Kienio* & *Margareta Hannen*. Prima litterarum fundamenta iecit in Athenaeo patrio, trium in primis praeceptorum opera adiutus. Primus, cui multa refert accepta, est *Iustus Tribbechouius*, vir de Schola nostra egregie meritus. Secundus est *Dauid van der Brügge*, quem vna cum *Ioachimo Fellero*, amico suo optimo, Dedicatione Libri IV Otiorum Poëticorum, Inscriptiones continentis, amicitiae & grati animi ergo honorans, *Oratorem*, *Poëtam*, *Polyhistorem & Bibliothecae Lubecensis dignissimum Bibliothecarium* appellat. Tertius est *Hermannus Nottelmannus*, cui an. 1674 mortuo hoc elegantissimo Carmine parentauit:

Ite, ite in lacrimas iterum, mea lumina, flere,
Flere libet celebrem tantis virtutibus vrnam.
Immadeat lacrimis calamus: placidissima Patris

Non

Non-Patris proles non-proles funera ploro.
Immadeat lacrimis haec pagina: multa diserti
Ora viri, & totam sub muto marmore Suadam
Extinctasque queror Musas. Mea lumina, tristes
Ite, ite in lacrimas: lacrimis heu! grande cadauer,
Humectabo meis, & funera NOTTELMANNI
Heu! NOTTELMANNI: (iugulat vox pectora) funde,
Funde pios mecum rores, Phoebea iuuentus,
Fluminibusque meis socia tua flumina. Tantum
Condecorate virum, nobis & verba praeite.
Tento. Sed rumpunt singultus verba, manusque
Cumque manu calamus riget, & natat ecce! rogale
In chartis carmen, bibit & mea pagina fletus,
Obruimur lacrimis — — — —
Cerne liturarum sulcatas cerne lacunas,
Hae sunt de largo lacrimarum flumine factae,
Moestitiamque notat pullus color ille notarum.
Quid lacrimare vetat? me, me tristissima tangunt
Funera, Rectorem gemimus, fidumque Parentem;
Mentis erat siquidem nostrae pater ille. Magister
Atque Parens vna flentur, duo funera in vno,
Atque duae clades. Iubar heu! praelustre Lycei
Occubuit nostri, nostris qui mentibus olim
Lumina praebebat, dispellens nubila; Pindi
Hinc tegit vmbra caput, Parnassi hinc culmina squalent.
Heu dolor! heu lacrimae! venerabilis occidit Atlas,
Et nostri trepidant hinc fundamenta Lycei!
Quin etiam assueto sine pondere moesta cathedra
Nutat, & ipsa suum doctorem scamna requirunt.

Noster

Noster Apollo cadit: praesenti in funere funus
Nos sumus heu! viuum, communis & vrna Lyceum
est.
Heu dolor! heu lacrimae! quo crimine laesimus astra?
Ostendunt nobis Hunc tantum fata, neque vltra
Esse sinunt miseri! Rectoris funera fletu
Efferimus, quo nostra salus stetit. Adspicis? vt iam
Debilis in media maris ira fluctuet alnus,
Antennaeque gemant? quae te rapuere procellae?
Quo, Palinure, fugis, nostrae ratis optime Rector?
Te fugiente cupit tristem deponere vitam
Quilibet: Aoniae damnant sua plectra sorores:
Antra Scholae lugent fido viduata magistro,
Et repetunt subita Rectorem morte peremtum.
Flet Phoebo sacrata cohors: stat triste feretrum,
Et tantum detrectat onus, bustoque sub vno
Gymnasium clamat Rectorem, seque recondi.
O! si morte mea possem depellere mortem
Defuncti, cuperem fatis opponere fata:
Sed nihil his agitur. Nostri pars maxima cordis,
NOTTELMANNE, domus Sophiae, pharos alta So-
phorum
Perpetuum viues nostris in mentibus, Heros,
Atque tui Kienl (si quid modo plectra valebunt)
Carmine viuus eris; pietas hoc poscit & aequum.
Thura feram cineri (nec me labor iste grauabit)
Et lacrymas, & singultus, fletusque quotannis.
Ante canes lepori iungentur & ignibus vndae,
Luna prius lucem reget, & sol flammeus astra,
Balenaeque choros in summo vertice montis
Cum vitulis ducent, & marmora taurus amabit;
Atque Ister Travae miscebitur, Albis & Ello,

Quam

Quam Tuus e nostro labatur pectore vultus,
Et NOTTELMANNI capient obliuia nomen.

Relicto hoc laudatissimo grati erga praeceptorem optime meritum animi monumento, itemque Gratulatione metrica, Latina pariter ac Germanica (7) *Abrahamo Hinckelmanno* d. 7 Ian. 1675 oblata, an. 1675 mens. Mart. adiit Rostochium, vbi vsque ad finem anni 1677 commoratus, fuit oculatus testis maximi incendii, atque ingentem illum rogum ante discessum Germanico carmine descripsit. Hoc carmen Serenissimo

(7) Hanc adiiciam, quoniam ostendit, quam felix etiam Poëta Germanicus fuerit Noster iam in ipsa iuuentute:

SONNET.

So flunckert der Saphier in Elffenbein versetzet;
So feuret der Rubin mit Perlen umgestickt;
So schüttert der Smaragd, den gelbes Gold zerstückt;
So glimmt der Chrysolith in Marmor eingeetzet;
So flammt des Jaspis Strahl, nachdem er ist gewetzet;
So schimmert der Berill mit Demants-Glantz geschmückt;
So spielt der Amethist in Purpur eingestrickt
Wie deine Tugend strahlt, die hier nicht wird geschätzet,
Weil sie unschätzbahr ist. Du Licht der Teutschen Erden
Dein Ruhm, Herr Hinckelmann, wird, wo Orion gläntzt,
Und mitten in der Nacht an Föben Schau-Platz grentzt,
Ans blaue Wolcken Buch noch eins geschrieben werden.
Dein klarer Tugend-Schein mit seinen Schimmern macht,
Daß nach dem Untergang der Sonnen keine Nacht;

nisſimo Principi GVSTAVO ADOLPHO, Duci Mecklenburgenſi, adeo placuit, vt ei iam tunc Profesſionem P. Poëſeos clementisſime obtulerit, quam tamen iuuenis & ad vlteriora iturus deprecatus eſt, licet maxime ad eam fuiſſet aptus. Poëſin enim, ad quam, vti ad humanitatem omnem, natus & factus, ſemper in deliciis habuit, hodieque habet, in optimorum Poëtarum ſcriptis ad ſtuporem verſatus. Roſtochienſem Academiam permutauit cum Lipſienſi, inque ea, tum aliis ſtudiis, tum Politico in primis & Iuridico operam nauauit. Itineri, quod meditabatur, deinceps ſe accinxit, inuiſisque celebrioribus nonnullis Germaniae Academiis, Ienenſi, Erphordina, Wittenbergenſi & Kilonienſi, Electorum quorundam Aulis ac liberis aliquot S. R. I. ciuitatibus, perluſtrauit Belgium tam Foederatum, quam Hiſpanicum, Galliam ac Britanniam, Lutetiamque Pariſiorum repetens, tandem in patriam eſt reuerſus. Hic aliquandiu ſubſiſtens, cum quibusdam eruditis ſaeculi ſuperioris viris, exteris pariter ac noſtratibus, quos inter ſummus Morhofius, commercium inſtituit litterarium, cauſis in foro agendis, quibus ſe etiam applicabat, minime impeditus, donec an. 1693 Aula Suerinenſis eum ad ſe traxit. In ea, poſt Referendarii officium, in foro, quod Cancellariam vocant, Iuſtitiae Conſiliarii munere hodieque fungitur, ſexagenario maior, atque improles. Scripta eius poëtica, rariora hodie, ſunt

Roſtockiſche Feuers-Brunſt. Roſt. 1677. Hoc Poëma

ma eiusque auctorem, Rostochio abiturum, *Iustus Christophorus Schomerus*, Kienii olim condiscipulus, ornauit nitidissima hac Inscriptione, Rostoch. 1677 in lucem emissa, digna, quae hic inseratur:

Numeri. Numeri
Vestram. opem
Ecquis. nunc. canet. ipsos. Poëtas
Qui. omnes. cecinit. indictus. abit
Nisi. quod. tot praecones. habeat
Quot. scripsit. carmina
Tot. dignus. propemptieis,
Quot. aliis. misit
Omnium. vates. vatem. vix. inuenit
Nisi. cygnus. se. ipsum
Scilicet. conclamatum. est
Post. tot. amores. et. funera
Post tot. ingenii. lusus
Officia. laeta. tristia
Tandem. ipso. Rostochio.
In. funus. elato
Ingenti. rogo
Publice. parentatum. est
Omnia. metra. cineribus. vrbis. inuoluta
Vt. dimetiendae. tantae. cladi. sufficerent
Si. qua. restant. Poeta. secum. aufert
Nec. inter. amicos
Relinquit. ingenium. suo. dignum
Ne. videretur. non. discessisse
Fere. tacitus. discedit.
Noluit. artem. suam. alienae. venae. commodare
Cui. post. extinctos. ignes

 Frigent.

Frigent. omnia
Quandoquidem. igitur
Non. debuit. audire
Nisi. quae. ipse. cecinit
Et. suis. ipse. pedibus. abire
Ecce. tacente. lyra. et. muto. carmine
Sine. metris. sine. numeris
Abeuntem. prosequi. lubet
Et. hanc
Quo. magis. pedibus. solutam
Eo. magis. fixam. et. immotam
Non lapidem. sed. tabulam
CHRISTOPHORO. FRIDERICO. KIENIO
Lubecensi
Positam. volo
I. C. S.

Poëtische Neben-Stunden, Heroischen Geistern zu sonderbahrer Belustigung verfertiget. Francf. und Leipz. 1681. 8. De hoc libro eiusque auctore tam honorificum, quam verum iudicium latum est ab idoneo iudice, Viro maxime reuerendo celeberrimoque Erdm. Neumeistero, ciuitatis Hamburgensis perinsigni ornamento, in Dissert. Historico-Critic. de Poëtis Germanicis pag. 60 his verbis: Christoph. Frid. „Kiene, cultissimus Poëta, grauis, senten„tiarum verborumque copia frequens, cuius „Πάρεργα, *Poëtische Neben-Stunden* Leipz. 8. 81. „nequaquam oscitanter sunt legenda. Artis „enim poëticae, si quisquam alius, bene pe„ritus, scribendi perspicuitate, maiestate ac „pondere lectorem facile quemuis alliciat. Omni-

„Omnibus omnino numeris abſoluta eſſent „ipſius *Otia* iſta *Poëtica*, ſi naeuulos maculas„que crebriores, in συντάξει orationis ani„maduertendas, eluere ſtuduiſſet. Liber IV „*Inſcriptiones* continet, acumen auctoris ſo„lertiamque mirifice commendantes.

Poëma Sacrum, ſiue Credendorum Liber primus, 1703. 4. *Liber ſecundus*. 1710. 4. pl. 8. Coepit carmine Heroico, ad modum Aeneidos Virgilii, fuſe explicare Symbolum Apoſtolicum, vſus quidem ad ſacrum hoc argumentum phraſibus ex ſanctiſſimo codice & Patrum ſcriptis deſumtis, ita tamen, vt genium & decus poëticum ſimul obſeruarit. Initiis his explicauit tantum verba: CREDO IN VNVM DEVM.

Volumen Poëmatum Latinorum ac Germanicorum ad prelum paratum aſſeruat, quod vt iubeat prodire in lucem, optant mecum, qui diuinam illam poëſin diligunt.

IOANNES LVDOVICVS Lib. Baro de KOENIGSTEIN.

Vir hic perilluſtris, Dominus haereditarius in Öhe & Dollrott, ſpendidum eſt decus inter eos, qui in Athenaeo noſtro (cuius, vt & ſcholarum, bene conſtitutarum, publicarum omnium magnum Eum eſſe patronum, ex certis indiciis cognoui) feliciſſime didicerunt. Honori ſibi ducit Lubeca noſtra, quod Illius natiuitas intra ſua moenia contigerit. Annus autem agebatur milleſimus ſexcenteſimus atque ſexageſimus,

cum ex ſplendida familia naſceretur. Patrem veneratur, poſt fata etiam, LVDOVICVM PINCIER, Epiſcopo Lubecenſi a Conſiliis Aulicis, & Capituli Lubecenſis Canonicum Seniorem atque Theſaurarium; Auum vero HERMANNVM PINCIER Canonicum itidem Seniorem, & eiusdem Capituli Praefectum maiorem. Proauum colit LVDOVICVM PINCIER, Capituli Lubecenſis Decanum, Archi-Epiſcopi Bremenſis IOANNIS FRIDERICI, vt & Holſatiae Ducis iſto tempore regnantis IOANNIS ADOLPHI intimum Conſiliarium. Abauum paternum celebrat illuſtrem Dominum HERMANNVM PINCIER, Adminiſtratorem Prouincialem Niddanum in Landgrauiatu Hasſiae: Abauiam autem illuſtrisſimam Dominam ELISABETHAM Pr. A., Celſisſimi Comitis Naſſoviae IOANNIS viduam. Iuuenis ob eximiam indolem & diuinum ingenium ad ſtudia litterarum feliciter tractanda aptisſimus iudicatus, publicae noſtrae officinae litterariae, teſte etiam Albo noſtro, in quo ipſius nomen plus ſimplici vice occurrit, eſt commiſſus, in qua per ſexennium *Abrah. Hinckelmannum*, Rectorem, magna auſcultauit ſedulitate, neque alios praeceptores neglexit. Hinckelmannianis quoque auſpiciis ſaepius vires in dicendo laudabiliter tentauit, ſermonesque tam liberos, quam metri legibus adſtrictos habuit, magna ſtudii oratorii iucunditate & vtilitate captus. Optime hac ratione in Gymnaſio noſtro praeparatus, conceſſit Kilonium, vbi per biennium

nium ductu *Morhofii*, *Schultzii* & *Reyheri* in litterarum ſtudio ſtrenue perrexit. Vt vero animus ipſius magis excoleretur, in Belgium, Muſarum ſedem minime ignobilem, profectus eſt, Lugduni Batauorum in ſocietatem auditorum *Gronouii* ac *Vitriarii*, virorum, quorum fama ac eruditio facile poterat Noſtrum ad ſe pertrahere, cooptatus. Reſtabant ad conſummatam & doctrinam & ciuilem prudentiam comparandam itinera, quae ideo ſapientisſime ſuſcepit. Perluſtrabat Angliam, Galliam, Italiam, ipſamque Germaniam, & ingenti eruditionis ac rerum gerendarum prudentiae theſauro ditatus in patriam reuertebatur. Innotescebat mox Eius praeſtantia, cui tribuendum eſt, quod an. 1686 fuerit electus, qui ſerenisſimo Holſatiae Principi haereditario FRIDERICO a Studiis eſſet ac Conſiliis. Paulo poſt cum Principe ſuo contulit ſe in Sueciam, cuius metropolin, Holmiam, vix attigerat eo conſilio, vt Principis ſui commoda obſeruaret, quum publica auctoritate per honorificum diploma in arduo hoc munere confirmaretur, quod religioſisſime gesſit, ita, vt ad Altenauienſem vsque Pacem pro Serenisſimi ſui Principis ſplendore tanquam pro aris & focis ſemper militauerit. Anno 1691 Rex glorioſiſſ. memor. CAROLVS XI iure, quod vocant, indigenatus clementisſime Ipſi collato, in Illuſtrium, vt dicitur, Equitum domum introduci Illum curauit. Deinde ab anno 1695 poſt fata CHRISTIANI ALBERTI omnium fere rerum cura a Serenisſimo Succes-

ſore Illi fuit demandata. Cumque Princeps ſaepius tenderet Holmiam, ac ibi tandem deſideratisſimum cum maxima natu Princip. HEDWIGA SOPHIA matrimonium ſtabiliret, Noſter an. 1698 in ipſis glorioſarum nuptiarum ſolemnibus, auſpice Rege glorioſiſſ. CAROLO XII, ad ſplendidisſimum Liberi Baronis gradum, vna cum vxore & liberis, in quibus duos diuina gratia iam numerat filios adoleſcentes, Capituli Lubecenſis Canonicos, fuit euectus. Noui hi honores anſam Illi dedere, nomen & omen familiae DE KOENIGSTEIN, in Heluetia olim florentis, ſed hodie ibidem penitus extinctae, quam per lineam maternam ſibi gentilitiam nouit, in ſe ac praedictis ſuis Liberis, omnibusque poſteris inſtaurandi reſuſcitandique. Anno 1699 Capituli Lubecenſis Praepoſitus electus: anno autem 1700 facta Pace Traventhalienſi, cuius ſolemnibus charactere ac decore Plenipotentiarii interfuit, honoribus, & praecipue meritis in Sereniſſimam Aulam Gottorpienſem haud exiguum acceſſiſſe incrementum ſenſit. Aucta ſunt haec merita, & valde aucta ſunt, quum, vita priuato an. 1702 in Clitſchavienſi praelio Sereniſſimo Principe, (quam mortem per epiſtolam manu ſua ſcriptam Ei ſignificauit Rex Sueciae) ſumma rerum gerendarum Ei commiſſa, ea fidelisſime expediret, quae honorificentisſimae Regis Sueciae litterae ab Eo efflagitarunt. Dignae ſunt omnino hae litterae, quae hic inſerantur & conſeruentur. His autem fuerunt con-

consignatae verbis: „CARL von Gottes Gna-
„den, der Schweden, Gothen und Wenden
„König, Groſs-Fürst in Finnland, Hertzog zu
„Schonen, Ehesten, Liefland, Carelen, Bre-
„men, Verden, Stettin, Pommern, der Cassu-
„ben und Wenden, Fürst zu Rügen, Herr ü-
„ber Ingermanland und Wiſsmar; wie auch
„Pfaltz-Graff beym Rhein in Beyern, zu Jülich,
„Cleve und Bergen Hertzog.

„Unsern gnädigsten Gruſs und Wohlgeneig-
„ten Willen zuvor, Wohlgebohrner besonders
„lieber, Demnach bey erfolgten tödtlichen Hin-
„tritt Dero Lbd. Unsers Sehl. Herrn Schwagers
„Hertzog Friderichs so wohl zu Erfüllung des-
„sen letzten Willens, als auch wegen der nahen
„Blutsverwandschafft, womit des Erb-Printzens
„Carl Friderichs Lbd. verbunden, Wir Unse-
„rer Obliegenheit zu seyn befinden, über ge-
„dachten Erb-Printzen Interesse und Gerech-
„tigkeiten der Notturfft nach zu besorgen, und
„Wir darunter vor höchst nothwendig zu seyn
„erachten, daſs selbigem über dessen Erb-Lan-
„de je ehe je lieber die Huldigung præstiret,
„und Er vor derselben rechten Erb-Herrn er-
„kandt und erkläret werden möge; Alſs ist
„hiemit an Euch Unser gnädiges Gesinnen, Ihr
„wollet ohn einige Säumniſs gedachte Huldi-
„gung so wol bey der milice, alſs in denen Pro-
„vincien von sämbtlichen Landes-Ständen den
„Fortgang gewinnen lassen. Wie nun ein sol-
„ches zu Diensten Eures Erb-Herrn und Befode-
„rung dessen interesse gereichet, so verblei-

„ben Wir Euch dagegen mit Königl. Gna-
„de und Hulden allezeit wohl beygethan.
„Gegeben in Unſerm Lager bey Skalmirzs.
„den 19 Iul. 1702.

Carolus.

C. Piper.

Inſcriptio.

„Unſerm beſonders lieben Fürſtl.
„Holſteiniſchen Geheimbten Rath,
„dem Wohlgebohrnen Baron von
„Königſtein
„ gnädigl.
„ Gottorp.

Principis itaque impuberis tam auctoritatem, quam Paternam haereditatem ſaluam illaeſamque conſeruare omnibus viribus laborauit. Praetuliſſet deinceps vitam priuatam publicae, ſed interueniebat paulo poſt lis de eligendo Epiſcopo, ex qua diſceſſit ſuperior, quum propinquorum ſuorum ſuffragiis adiutus, pro Eo contendiſſet, qui hodieque dignitate hac exſplendeſcit. Cum vero ad tantam felicitatem nemo fere ſine inuidia, virtutis ac gloriae perpetua comite, aſcendat, Noſter quoque morſus eius haud leues expertus eſt, quod nemini ignotum, niſi qui acta publica plane ignorat. Quare de impetranda dimiſſione fuit ſollicitus. Anno autem 1710 potentiſſimi Daniae Regis miniſtris ſummis eſt adſcriptus, Conſiliarii intimi faſcibus, illuſtris ordinis Dannebrogici torque, Prae-

Praefecti Apenradensis ac Monasterii Lugumensis munere, & summi Tribunalis Gottorpiani suprema directione fuit insignitus, ornatusque, Regia gratia ac clementia ob fidem, industriam, prudentiam, eruditionem & alias tanto viro dignas virtutes hodieque beatus. Mortalitatis pie memor in Templo nostro Cathedrali sacellum suum sepulchrale hac exornari iussit inscriptione:

D. O. M. S.
DORMITORIVM
VIRI SVMME REVERENDI ET ILLVSTRIS
DN. IOHANNIS LVDOVICI, LIB. BARONIS DE KOENIGSTEIN,
ECCLESIAE HVIVS CATHEDRALIS PRAEPOSITI,
POTENTISSIMO REGI DANIAE ET NORWEGIAE A SANCTIORIBVS CONSILIIS ET
EQVITIS ORDINIS DANNEBROGICI,
PRO SE ET THORI SOCIA.
ANNO MDCCXIV.

THEODORVS MARCVS LENTEN.

Hoc decus suum ciuitas Glückstadiensis ipsa ex splendida familia produxit. Iuuenis cum esset, didicit in Athenaeo nostro eo tempore, quo *Nottelmannus* & *Hinckelmannus* illud rexerunt. Et huius quidem in primis ductu publica edidit

artis dicendi aliorumque profectuum specimina. Interfuit enim iis iuuenibus, qui an. 1675 d. 4 Nouembr. Hinckelmannianis auspiciis publicum actum oratorium *de Vitandis humanae Eruditionis Scopulis* instituerunt, atque *de vitandis Philosophiae Practicae Scopulis* prudenter ac diserte dixit. Anni subsequentis d. 6 Iun. concelebrauit solemnia oratoria, atque ab eodem Hinckelmanno praeparatus *de Eloquentia Viri Ciuilis* pro rostris scholasticis disseruit. Studiis humanioribus probe imbuto deinceps in Francofurtana Academia summi iuris antistites *Brunnemannus* & *Stryckius* optimam ad solidam iurisprudentiam viam monstrarunt. Auctus porro etiam per itinera in Galliam, Belgium, & alias regiones suscepta rerum ciuilium administrandarum peritia, a potentissimo Danorum Rege variis muneribus publicis, quae ipse semper fide, diligentia & aliis virtutibus ornauit, fuit ornatus. Gessit autem Glückstadii munia Secretarii, Archiuarii, Consiliarii Cancellariae ac Regiminis per multos annos ita, vt an. 1716 d. 7. Dec., aetatis an. 60, beate defunctus, magnum sui desiderium relinqueret. Vnde post fata facile nactus est praecones. Inter eos suum quoque nomen profitetur Vir. reu. M. Gottlob Lehman, Pastor Crempensis meritissimus, qui Lentenio statuit monumentum Poëticum, cuius inscriptio est: *Die ob den schmertzlichen Verlust eines ihrer Geliebten und Getreuen wehklagende Themis.* Afferam inde ea, quae ad vitam

Nostri

Nostri pertinent. Ita autem Beatum alloquitur Lehmannus:

Was in der Jugend dich Nohthelffer *unterrichtet,*
Der theure Gottes Mann, des Glücksburg noch gedenckt,
Begriffst Du unverweilt; Du rühmetest verpflichtet,
Womit dort Lübeck dich im Jugend Lentz beschenckt.
Dein Führer Nottelmann *(des manche schier vergessen)*
Und Hinckelmann, *ein Mann, der jenem folgte nach,*
Sobald sie Dein Gemüth und Fähigkeit ermessen,
Die führten Dich mit Fleiß ohn alles Ungemach
Zu höhern Dingen an, biß jenes Franckfurt droben,
Den schönen Weißheits-Sitz, zu suchen dich gelüst,
Wo Brunnemann *und* Stryck, *die nimmer gnug zu loben,*
Dich redlich angeführt, wie Du sie hast erkiest.
Da ward Dir wol bekannt, was reine Rechte lehren,
Und was vorlängsten schon manch Edler Lent *gethan,*
Die die gelehrte Welt noch hält in höchsten Ehren,
Und deren Schrifften man noch heute lesen kan (8)

Dom

(8) *Ioseph. Lent* scripsit de Aesculanorum praeclaris Facin. Rom. 1622. *Christoph. Lent* de Actionibus Cessis. *Frid. Lent* de Austregis. it. de Immediatorum S. R. Imper. Privilegiis. His claris Lentiis a laudato Lehmanno memoratis addi potest *Ioannes a Lent*, quem reddiderunt celebrem Liber de Moderna Theologia Iudaica. Herborn. 1694. 8: Schediasma Historicum de Pseudo-Messiis. ibid. 1684 & 1699. 4. &c.

Dom, Cammer, Cantzeley, Geheim- und Standes-
Räthe,
Der Dänen Tribunal hielt unsre Lenten *wehrt,*
Ihr Nachruhm blühet noch in mancher Ehren Stâte,
Bey welchen ihren Dienst und Treue sie gewährt.
Auff dieser Ehren-Bahn bist Du, mein Lent *gegan-*
gen,
Dabey dein Vater Hertz Dich selbsten angeführt.
Er nahm zum Creyß-Tag Dich mit hin auf Dein Ver-
langen,
Und ließ Dich sehen, was auff Reisen sich ge-
bührt.
Nachdem aus Franckreich Du zurücke warest kom-
men,
Hielt Dich der Envoye in Niederlanden an,
Biß mit den Seinigen er dich heraus genommen,
Und du das Deinige dem Vaterland gethan.
Die Königliche Kunst in den Regierungs-Sa-
chen,
Wie Plato sie beschreibt, und die Erfahrenheit,
Bey Glücks und Unglücks Zeit für Josephs Schaden
wachen,
Der Rechte Kern Gebrauch, der Lauff verwichner
Zeit,
Der wolgefasste Raht auch in verwirrten Fällen,
Die Sorgfalt und die Müh, so du hast angewandt,
Lässt sich vor ietzo nur in einer Kürtze stellen,
Doch was ich sagen will, ist überall bekandt.
Du hast die schwere Last nicht eher abgegeben,
Als biß die Schwachheit Dir gehemmt den Dienst der
Treu.

Dein

Dein nimmer müder Fleiß erwieß im Ambt und Leben,
Wieman durch steten Gang dem Himmel ähnlich sey.

NICOLAVS HENRICVS von der MAASE.

Floruit olim in Belgio, & Brabantia quidem, celebris familia Masiana, illustris non tantum GISBERTO MASIO, Episcopo sub initium saeculi 17 Siluaeducensi & *Statutorum Synodi Dioecesanae an.* 1612 *celebratae* editore, atque aliis, qui in Belgio sub nomine *van der Maas* antiqui stemmatis gloriam tuiti sunt, sed & multis viris, illustre in litteraria republica nomen consecutis. Notus est ANDREAS MASIVS, Philosophus, ICtus & Philologus celeberrimus, qui vna cum Aria Montano vocabatur Antuerpiam, vt Regiorum Bibliorum accurate edendorum curam gereret, quemue linguarum orientalium cognitio, itemque *Historia Iosuae illustrata, Grammatica Syriaca, Institutio Linguae Graecae* & alia scripta immortalem reddiderunt. Neque ignotus est GVILIELMVS MASIVS, Iuris doctor publicus Louaniensis, auctor Librorum VI *Singularium Opinionum in Iure Ciuili*. Reliquos taceo. Ex horum familia ortum traxit Nostri proauus, qui Belgium ob verae ac sincerae religionis professionem deserere coactus est. Hic licet antiquo nobili stemmate ortus esset, amore tamen religionis ductus, filium Theologiae studio consecrauit. Hic filius,

lius, tandem factus Paſtor Slagsdorfenſis in agro Ratzeburgenſi, genuit NICOLAVM MASIVM, itidem Paſtorem Slagsdorfenſem, a quo Noſter (frater HECT. GODOFR. MASII, Theologi famae immortalis, de quo nonnulla attuli in Part. I. Athenar. Lubecenſ. p. 366 ſqq.) eſt prognatus. Matrem accepit ELISABETHAM BRAEMERIAM, & cum ea ſimul multos maiores, quorum illuſtria ſunt nomina. Ex materna enim Noſtri familia plures non Daniae tantum, ſed & toti reipublicae litterariae innotuerunt. Auunculum enim eius IOANNEM BRAEMERVM a ſacris concionibus & confesſione ſibi eſſe voluit FRIDERICVS III, Danorum Rex glorioſisſimus; auiae autem maternae fratrem IOANNEM BOTSACCVM (de quo vid. P. I. Athen. p. 276 ſqq) Theologum laudatisſimum, vniuerſa Lutherana Eccleſia & coluit & ſuſpexit. Ne quid de abauo FRIDERICO KNEFELIO, Archithalasſo olim Danico, FRIDERICI II Regis delicio, TIMHARDO NAGELIO, ex antiqua ac nobili Nageliorum proſapia orto, primo Auguſtanae Confesſioni addicto Praeſuli Weſtphalico, & aliis dicam. Non eſt vero dubium, quin hi illuſtres maiores Noſtrum ad praeclara quaeuis ſuſcipienda inflammarint. Poſteaquam enim an. 1656 d. 8 Dec. natus, atque paullo adultior factus litterarum ſtudio dicatus eſt, res ſuas praeclare agere laborauit. In Athenaeo noſtro, cuius alumnis per aliquot annos fuit aſſociatus, ducibus tum aliis, tum in primis

Nottel-

Nottelmanno & *Hinckelmanno*, ita ſe geſſit, vt cum an. 1676 d. 23 Nov. inter oratores publicos *Scholarum publicarum dignitatem* vindicantes primo loco compareret, B. Hinckelmannus eximiam de illo ſpem conceperit. Vid. eius doctum Programma de Scholis Patriarcharum. Et haec ſpes neque Hinckelmannum, neque alios fefellit. Auxit enim feliciter ſtudia ſua, praeſertim iuridica, Roſtochii, Gieſſae & Kilonii, quae Academiae per decem annos eum ciuem habuerunt. Galliam quoque, Angliam & Belgium ita vidit, vt viderit ſimul maiora ſemper litterarnm ac ciuilis prudentiae incrementa. Quibus rebus etiam factum, vt multis ſplendidis muneribus ſit honoris cauſa ornatus. Communicabo hanc in rem cum Lectore, quae Fautor quidam honoratisſimus per litteras idonea fide mecum communicauit. *Nachdem er*, ita ſcribit de Noſtro, *von Franckreich, Engelland und Holland wieder zurück und in Copenhagen angekommen, hat des Königl. Groß-Cantzelers, Hrn. Grafen FRIDERICH von AHLEFELDT Hochgräfl. Excell. ſeinen jüngſten Sohn, den ietzigen Königl. Statthalter, Hrn. Grafen CARL von AHLEFELDT ſeiner Anführung anvertrauet, mit welchem er einige Jahre in der Frembde, und zwar gleichfals in obberegten Ländern als Hoffmeiſter zugebracht, bis er endlich an.* 1686 *wieder nach Grafenſtein zurück gekehret, und für ſeine gehabte Mühe unter andern von hochbeſagten Hrn. Grafen CARL von AHLEFELDT Herrn Brudern FRIEDERICH, Grafen von AHLEFELDT, zu Langeland und Rixingen die Ober-*

Inſpe-

Inspectoris Stelle über Dero sämtliche Güter zum recompens erhalten. Diesemnechst hat es der nunmehro in Gott glorwürdigst ruhenden Königl. Maytt. zu Dennemarck Norwegen CHRISTIANO *V gefallen, ihn an.* 1688 *zum Assessore bey der Justitz-Cantzeley vor Gottorf nicht nur zu constituiren, sondern auch demselben an.* 1692 *die Justitiarien-Stelle im Ambte Steinburg allergnädigst zu conferiren, und an.* 1694 *mit der Bestallung eines würcklichen Regierungs-Rahts bey der Glückstädtschen Cantzeley zn begnadigen, worauf Ihm an.* 1699 *der Character als Justitz-Raht beygeleget worden. Nicht minder ist demselben von der ietzt regierenden Königl. Maytt. zu Dennemarck, Norwegen &c. an.* 1706 *die Ambts-Verwalters-function im Ambte Steinburg, so dann an.* 1710 *die Bestallung als Etats-Raht allergnädigst ertheilet. Anno* 1713 *haben Dieselbe ihm die Landvogtey im Norder-Ditmarschen zugewandt, und zu gleicher Zeit ist er zu dem Ober-Gerichts-Collegio vor Gottorf mit bestellet worden.* Haec sunt splendida, quae gessit, munera, splendore nobilitatis anno 1710 a Potentissimo Daniae Rege condecoratus. Testatur hoc Diploma Regium valde honorificum, quod his verbis est conceptum:

„FRIDERICVS Quartus, DEI gratia Rex „Daniæ, Norwegiæ, Wandalorum Gothorumque, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ „ac Dithmarsiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorst, His litteris patentibus Nostro Nostrorumque Hæredum Successorum nomine „palam testamur & universis ac singulis notum

„tum volumus, Nos, ut ad posteros serosque
„nepotes singularis gratiæ benevolentiæque,
„qua Nobis dilectum *Nicolaum Henricum*
„*Masium*, Consiliarium Nostrum Justitiæ,
„Cancellariæ atque Regiminis in Ducatibus
„Slesvico ac Holsatia, ut & Præfecturæ Steen-
„borgensis Administratorem, complectimur,
„memoria transmittatur, Illi concessisse, ut non
„solum Ipse liberique Ipsius legitimi, jam nati,
„aut qui nascentur, verum etiam descendentes
„ab his legitimo connubii iure nepotes neptes-
„que, & ex his propagatæ rursus legitimo ma-
„trimonio lineæ utriusque sexus, æterna serie,
„omnibus privilegiis & immunitatibus gau-
„deant fruanturque, quibus horum Nostrorum
„Regnorum Ducatuumque Nobiles gaudent
„fruunturque, aut in posterum gaudebunt
„fruenturve, imo Illos horum Nostrorum Re-
„gnorum Ducatuumque Nobilibus adscriptos
„pro talibus ab omnibus ac singulis haberi vo-
„lumus, jubemus. In cujus Nostræ Regiæ gra-
„tiæ clementiæque signum ac peculiare pignus
„prædicto *Nicolao Henrico Masio*, qui
„mutato nomine *Masii* posthac vocabitur
„*de* sive *von der Maase*, gentilem Cly-
„peum & gentilitia Insignia auximus, ornavi-
„mus, illustravimus. Estque Clypeus in qua-
„tuor areas partitus, cuius prima & ultima co-
„lore coccineo rubentes crucem exhibent ar-
„genteam, quæ marginem scuti non tangit, ad

„cuius vero summum duæ micant stellæ aureæ.
„Secundam supremæ & tertiam infimæ regio-
„nis areas aureas fascia coerulea secat undulata.
„Toti Clypeo superimposita est nobilis per can-
„cellos aperta galea, cuius apici minus scutum
„aureum fascia coerulea eaque undulata disse-
„ctum, inter duas expansas insistit alas, quarum
„prima mediotenus candida in rubras desinit
„pennas stella aurea ornatas, altera vero dimi-
„dia rubra candescit superne. Quæ quidem
„Insignia sic aucta ornataque prædicto *Nico-*
„*lao Henrico de* sive *von der Maase*
„liberisque ipsius legitimis eorumque descen-
„dentibus vtriusque sexus, æterna serie, ubi-
„vis locorum, in quibusvis ludis Equestribus,
„quae Torneamenta vocantur, cunctisque oc-
„casionibus, sive pacis sive belli temporibus,
„adeoque ubicunque voluerint, ferre, osten-
„tare concessimus, permisimus, omnibusque
„privilegiis, honoribus, dignitatibus, immu-
„nitatibus ac prærogativis, quibus alii horum
„Nostrorum Regnorum Ducatuumque vere na-
„ti Nobiles nunc gaudent fruunturque, aut in
„posterum gaudebunt fruenturve, gaudere frui-
„que Ipsum Ipsosque perpetuo & in omne æ-
„vum volumus, jubemus, fierique a quopiam
„contra hæc aut in fraudem huius Nostri Di-
„plomatis quidquam prohibemus, vetamus,
„sub poena indignationis Nostræ gravissimæ.
„In quorum omnium fidem hasce Nostras lite-
„ras manu Nostra subscriptas sigillo Nostro

Regio

„Regio corroborari iussimus. Dabantur in „Arce Nostra Regia Hafniæ die tertio Novembris, Anno Christi millesimo. septingentesimo „decimo, Regni vero Nostri duodecimo.

Friderich R.

D. Wibe

Atque hac dignitate auctus, & de Rege suo, de patria, de aliis optime meritus obiit an 1719 d. 16 Decemb, anno climacterico ad summum felicitatis, gloriae & honoris gradum transgressus.

GOTTHARDVS IOANNES DE MARQVART.

Dignitate & meritis valde illustrem hunc virum protulit ipsa Lubeca nostra, quae illum an. 1645. d. 5 Maii magno parente prognatum aspexit. Veneratus autem est patrem IOANNEM MARQVARDVM, Equitem S. Marci & Consulem Lubecensem, de quo vid. P. I. pag. 172 sqq. Didicit quidem tam in scholis priuatis, quam, per aliquod temporis spatium, in Paedagogio Sedinensi, sed plurimum tamen haud dubie adscribendum Athenaeo patrio, quod Parentes ipsum adire iusserunt. Praedicat illos ideo iure *Ioan. Guil. Kirschgarthus*, Antistes primarius Wetzlariensis, in Vita Nostri, quae addita eius Sermoni Funebri hac inscriptione Francof. ad Moen. 1712. fol. edito: *Optimus*

Christianorum Thesaurus, Gläubiger Christen bester Schatz, bey Hochanschnlicher Leich-Begängniß des Weyl. Hoch-Edel-Gebohrnen Hrn. Hrn. Gotthard Ioh. von Marquart, Vortrefflichen ICti, des Höchstpreißlichen Kayserl. Reichs-Cammer-Gerichts, anietzo zu Wetzlar, 40 jährigen höchst-meritirten Aduocati und Procuratoris, wie auch verschiedener Chur- und Fürsten und anderer Reichs-Stände Hochbestellten Raths, aus Ps. LXXIII. 25. 26. gezeiget. In hac Vita pag. 11 isthaec leguntur: *Seine Eltern haben bey zunehmenden Jahren an fleissiger Erzieh- und Anweisung zu allen Tugenden, Studiis und Geschicklichkeiten, sonderlich aber der wahren Gottes-Furcht, nichts erwinden, auch zu solchem Ende ihn das Gymnasium publicum frequentiren, und mit geschickten domesticis Praeceptoribus biß in das Jahr 1663 versehen lassen.* Post breve tempus Rostochii exactum Helmestadium se contulit, vbi quatuor annos *Conringium, Habnium, Wernerum Eichelium* & *Glaeserum* magna industria audiendo, variosque libros iuridicos, *Institutiones, Sutholti Dissertationes, Wesembecii Paratitla* & *Schnobelii Dissertationes* tam priuatis, quam publicis Disputationibus excutiendo, profecit. Salutata an 1669 Lipsia, Altdorfinae Academiae nomen suum dedit, eiusque doctorem celeberrimum *Textorem* auscultauit. Paullo post ordini ICtorum se tentandum obtulit, in examinibus virum se praestitit, & *Inauguralem Disputationem de Foro Competente Personarum Illustrium*, sine Praeside, maximo cum applausu an. 1671 defendit, adeo vt summis in iure honoribus dignissimus fuerit iudicatus. Quomodo porro hausta optima

ma iuris ſcientia in cauſis agendis vſus, Camerae Imperiali, multis Electoribus, Principibus, Comitibus, illuſtribus Imperii Ciuitatibus, Familiis nobilibus exoptatam nauarit operam, exilii fortuna preſſus, reſtitutus vero, & a Leopoldo, Imperatore, in ſplendidum Nobilium Imperii ordinem ſit cooptatus, in citata eius Vita p. 32 ſq hac narratione docetur: *Nach vollendetem Curſu theoretico hat er auch in publicis & praxi ſich zu habilitiren vorgenommen, wannenhero er zu erſt nach Regenſpurg, um alda in Comitialibus einige weitere nützliche Wiſſenſchafften zuzulegen, ſich gewendet, von dar Er ferner nach Speyer, um in Proceſſu Camerali allda ein gleiches zu thun, fortgerücket, des gântzlichen Vorhabens, wann ſolches geſchehen, Franckreich und andere Lânder zu beſehen. Wie aber des Menſchen Thun nicht ſtehet in ſeinem Willen, wie er ſeinen Weg oder Gang einrichte, alſo hat auch die höhere direction Gottes des Allmâchtigen es gantz anders und wol gefüget, daß ſich die weite Reiß-Concepten des Seeligen zu Speyer ſtoſſen, und in eine annehmliche Heyraths-Geſchâfft verândern müſſen, geſtalten er ſich Anno* 1671. *den* 10 *Aug. mit der Hoch-Edelgebohrnen Jungfrau* ANNA CATHARINA, *des Weyland Hoch-Edelgebohrnen Herrn* GEORG FRIDRICH MOHR, *vortrefflichen ICti, und ſehr berühmt- und hochverdienten Aſſeſſoris mehr höchſtgedachten Kayſerl. und Reichs-Cammer-Gerichts, zweyten Jungfer Tochter, nach eingeboltem conſens beederſeits reſpective Frau Mutter und Herrn Vormündern eingelaſſen, und ſolches Chriſtliche Vorhaben den* 10 *Octobr. beſagten Jahrs durch Prieſterli-*

ſterliche Copulation vollzogen. In eben gedachtem Jahr 1671 hat er zu Altdorff auf Petri Pauli den Gradum Doctoralem angenommen, ſo dann den 20 Octobr. anni eiusdem als Advocatus, und den 7 Julii 1674 als Procurator bey dem Hoch-Löbl. Kayſerl. Cammer-Gericht aufgeſchworen, in welcher Function Er durch Gottes Gnade das hohe Glück gehabt, verſchiedenen Chur- und Fürſtlichen Häuſern, als Ihro Chur-Fürſtlichen Durchl. zu Braunſchweig-Lüneburg, und denen Durchlauchtigſten Häuſern Brandenburg-Bayreuth und Anſpach, Braunſchweig-Cell und Wolffenbüttel, Baaden-Durlach, Mecklenburg, Naſſau-Dietz, Oettingen, wie auch Grafen und nahmhafften Reichs-Städten, nebſt andern vornehmen Familien zu ihrem guten Gnügen bedient zu ſeyn. Anno 1688 nachdem der Frantzöſiſche unvermuhtete Einbruch die gantze Pfaltz und mehrere Reichs-Länder inundiret, und es zum Verderben der uralten Stadt Speyer und deren Einwohner angeſehen geweſen, hat unſer Entſchlaffener einen nicht geringen Theil ſeiner Effecten und zeitlichen Haabſeeligkeit mit dem Rücken anſehen müſſen, und ſich mit ſeiner Familie von dar nach Gieſſen erhoben, und daſelbſt gleichſam in Exilio ſieben Viertel-Jahr, biß in Annum 1690 zugebracht, in welchem Er, als das Kayſerl. Cammer-Gericht hier wieder in Stand gerichtet worden, ſich mit den Seinigen hier niedergelaſſen, und häußlich wieder eingerichtet. Anno 1701 haben Ihro Kayſerl. Majeſt. LEOPOLDVS, glorioſiſſimae memoriae, Ihme die hohe Gnade wiederfahren laſſen, Ihn in den Reichs-Adel allergnädigſt aufzunehmen, und zugleich die ſeinen Vorfahren von andern Potentaten, inſonderheit der Republic Venedig

dig beygelegte Ehren-Zeichen an Wapen, Titul und andern Praerogativen, allergnâdigst zu beståtigen. Obiit Wezlariae an 1710. d. 27 Iul. non ſine acerbisſimo dolore eorum, qui excellentisſimas & corporis (rarisſimo enim exemplo ante tertium ac ſexageſimum aetatis annum nullo plane morbo fuit vexatus) & animi dotes in eo ſunt demirati. Vitae eius haec addita eſt inſcriptio:

Hoc pietatis monumentum Parentibus optimis, Idis thalami & poſt fata & in vrna vicina ſociis, Viro GOTTHARDO IOHANNI de MARQVART, qui genus a maioribus nobile V. Maii 1645 acceptum, poſteris noua Caeſarea gratia auctum transmiſit, multis Imp. Statibus per XL annos a conſiliis & cauſis in Camera Imperiali orandis charus, mentisque maximis in motibus immotae erat, mortuo d. 27 Iul. anno 1710. & pientisſimae Matri ANNAE CATHARINAE MOHRIAE, e proſapia Aſſeſſorum Camerae, Mohrii & a Gulchen, natae Spirae an. 1653. d. 5. Maii, ſex liberorum genitrici, praemature 1691. d. 25 Aug. a ſuis auocatae, tres poſuere Liberi triſtes.

FRANCISCVS HENRICVS MATTHIASSEN von EHRENBERGEN.

Viri huius illuſtribus hodie muneribus in Aula Strelitienſi conſpicui vitam an. 1696. m. Mai. deſcripſit in Ienenſi Academia perilluſtris Lynckerus his elegantibus verbis: Supremo„rum in vtroque iure honorum Candidatus cla„risſimus Dn. FRANCISCVS HENRICVS „MATTHIASSEN natus eſt A O.R. cIɔIɔcLXX „ipſo Iohannis feſto die in vrbe Epiſcopali Rat„zeburg, iam Megapolitanae ditionis ſaecularis: „patre nobilisſimo, amplisſimo & conſultisſimo „viro Dn. FRANCISCO MATTHIASSEN, „Regiminis Ducalis Suerinenſis & Curiae Pro„vincialis Aduocato ordinario, qui tamen do„micilium Lubecam deſtinauerat; matre IV„DITHA, Dn HENRICI NEVMANNI, Regi„minis Ducatus Ratzeburgenſis Conſiliarii, iam „pie defuncti, filia. Poſtquam ſacro fonte re„genitus, eam accepit aetatem, quae elemen„tis addiſcendis apta haberi ſolet, charisſimi „parentes priuatis praeceptoribus ad mores & „ſtudia formanda ipſum commiſere, vsque dum „ephebis exemtus, publicae inſtitutioni incluti „Gymnaſii Lubecenſis tradi poſſet. In illo „omnem operam ingenio perpoliendo impen„derunt Praeceptores (9) eius tunc temporis fidelisſimi

(9) His accenſendi, quos Lynckerus non nominauit, IACOB. PAGENDARM, DAN. LIPPIVS, IOACH. SCHE-

„delisſimi, Dn. ABRAHAMVS HINCKEL-„MANN, Rector, poſtea S. S. Theol. D. & Reip. „Hamburgenſis Paſtor primarius, nuper coele-„ſtibus adſcriptus; nec non eius in officio ſuc-„ceſſor Dn. ENOCHVS SVANTENIVS, qui „hodienum florentisſimo Gymnaſio praeeſt: „tum & M. MARTINVS LIPENIVS, Conre-„ctor & DAVID von der BRVGGE, Subrector, „nunc ambo coeleſtia inhabitantes tabernacula. „Muſis deinde Lubecenſibus Oratione (10) ſo-„lenni *de Libertate omnium rerum optima*, valere „iusſis, ſimul etiam a ſtrepitu vrbano ſecesſio-„nem fecit, auſpicatisſimae deſeruiens occaſio-„ni a viro pl. reuerendo & amplisſimo Dn. „PETRO WOLTERS, Eccleſiae Warderenſis „in Holſatia Antiſtite & Conſiſtorii Regii Sege-„bergenſis Aſſeſſore primario, quem parentis „inſtar habet, ei oblatae, dum ingenium eius „ad ſolidiora ſtudia in Academiis haurienda „propius effingere benignisſime ſuſcepiſſet. „Qua opera intra anni ſpatium ex voto defun-„cta, comite ſuauisſimo filio iſtius vnico, an. „1691 verno tempore in Athenas noſtras, quas „artibus liberalibus omnisque generis ſcientiis „ditisſimas eſſe ab ineunte aetate acceperat,

SCHEVIVS, ANDR. LVDERS & MARC. WIDA. Patet inde, quod Noſter laudando valde exemplo omnes Athenaei noſtri claſſes tranſierit.

(10) Habita eſt Oratio auſpiciis Suantenianis d. 24. Octobr. 1689. Socium habuit in hoc actu ſolemni IOACHI-MVM WOLTERS (de quo infra), qui *de Libertate re omnium pesſima* verba fecit.

„maxima animi auiditate delatus est. Tum vero „ro statim manum operi admouit, & delibatis „ductu amplissimorum virorum Dn. HAMBERGERI, Prof. Mathematum publici, & Dn. „TREVNERI, Fac. Philos. Adiuncti, disciplinis Philosophicis, scholas B. Dn. D. HARTVNGI Iuridicas frequentauit, dum hic vsum di„sciplinarum Philosophicarum, & in primis „Metaphysices, in iurisprudentia optimo suc„cessu monstraret, additisque dehinc lectionibus elementorum iuris ad Institutionum Iusti„nianearum seriem, factoque progressu per in„clyti, famae immortalis ICti, B. Dn. STRVVII „Iurisprudentiam Forensem, operam suam fi„delem pariter ac indefessam in Compendio „Lauterbachiano terminaret. Interea non mi„nori studio commentationes vtilissimas in Hi„storiam Germaniae & praelectiones Politicas, „vt & manuductionem ad humaniora studia no„bilissimi Dn. D. SCHVBARTI, Historiar. & „Eloq. Prof. Ord. audiuit & expertus est. In „Feudalibus praeiuit Dn. D. MVHLPHOR„TIVS, nunc Praefectus Schlaizensis. In Iu„risprudentia vniuersali nobiliss. Dn. D. SIMON, „nunc in Alma Fridericiana Iurium Prof. Ord. „ad H. Grotii Libros de I. B. & P. Quin etiam „e re sua esse non immerito putauit, Dnn. Theo„logorum adire scholas, non tantum, vt in fun„damentis fidei Christianae magis magisque „confirmaretur, verum etiam vt in his, quae „ex doctrina sacra foro seculari inferuntur, v„tilior aliquando reipublicae esse posset. In

quem

„quem finem pl. reuerendum Dn. D. BAIE-
„RVM, viuis nuper exemtum, cum Theolo-
„giam ſuam poſitiuam ille explicaret, in fre-
„quentisſimo auditorum coetu auſcultauit.
„Quid quod etiam lectionibus ad Inſtitutiones
„ſuas Medicas a nobilisſimo Dn. D. WEDELIO,
„Conſil. Sax. & Prof. celeberr. habitis interfuerit,
„ſaltim vt delicias quoque huius ſtudii deguſta-
„ret. Quibus omnibus peractis, ad experi-
„menta publica animum aduertit, & arenam
„ingresſus ſub praeſidio celeberrimi tunc tem-
„poris in hac Academia Profesſoris publici, nunc
„Cancellarii Ruthenici, Dn. D. MVLLERI
„*Exercitationem IV Syntagm. Ciuil. Struuiani*, quam
„Additionibus ſuis vtilisſimis ille recens adau-
„xerat, defendit: moxque alterum inſtituit,
„cum quibusdam commilitonibus exercitium
„publicum, vicibus Reſpondentium & Oppo-
„nentium commutatis, ſuper *Exercitatt. Lud-
„wellianas*, ad *Inſtitut. Juris*, ſub Magnifici Sere-
„nisſimorum Fratrum, Ducum Saxo-Vinarien-
„ſium, Conſiliarii Aulici, & in hac Academia
„Prof. Pandect. celeberrimi, Dn. WILDVOGE-
„LII, IC. Hoſpitis ſui colendisſimi, praeſidio.
„Vt ne reliqua certamina, quae ſiue in inau-
„guralibus, ſiue in aliis Diſputationibus tunc
„temporis frequenter iniit, commemoremus.
„Haec emenſus, ad noſtras quoque recitatio-
„nes, tum priuatim habitas, tum interiores,
„quas priuatisſimas vocare ſolent, conuerſus
„eſt. Vbi peragratis denuo cura exactisſima &
„attentione maxime commendabili iuris omnis
par-

„partibus, tam Ciuilis, quam Feudalis, Publici
„ac Canonici, quin & Naturalis ac Gentium, si-
„mulatque robore quicquid est forensium stu-
„diorum satis instructo, publicam fori & iudi-
„ciorum faciem coram intueri anhelauit. Et
„cum animo volueret, in primis Germaniae
„Stationum, queis publicae Rerum Imperii cu-
„rae dispositae sunt, lustrationem saepe sibi in-
„culcatam esse, hinc ad Cameram Imperialem
„Wezlariensem se contulit, ibique statum Ca-
„merae & capita Processus Cameralis, quae in
„Academia perceperat, viua specie, & opera pa-
„riter suscepta menti firmius impressit. De-
„hinc perlustratis ceteris Germaniae vrbibus,
„Aulisque eminentibus, Ratisbonam, ceu Co-
„mitiorum Imperialium sedem, iter direxit,
„factaque excellentissimos Dnn. Legatos ad-
„eundi copia, notitiae status publici incre-
„menta multa cepit Restabat denique splen-
„dor & culmen Aulae Maiestatis Imperialis,
„quam secundo Danubii flumine petiit, ibique
„simul Imperiale Aulicum Iudicium, eiusque
„statum modumque curiosius perdidicit. Tum
„autem visa Germania, in confinem Austriacis
„oris Italiam iter protendere allubuit. Hinc
„transcensis Alpium iugis terram hanc floren-
„tissimam ingressus est, cumprimis Rempubli-
„cam Venetorum potentissimam oculis animo-
„que, cum locis propinquioribus vsurpauit,
„Patauinis quoque Musis salutatis Sed cum
„ad reliqua etiam Italiae pedem proferre insti-
„tueret, in patriam reuocatus, ad nos denuo,
non

„non immemor, quantum emolumenti rebus „ſuis ex ſtudiis Academiae noſtrae acceſſerit, „reuerſus eſt. Cumque praemia modeſte ex„peteret, quae rite exantlatis ſtudiis in Acade„miis impertire ſolemus, ad ſpecimina conſue„ta Candidatorum promte ipſum admiſimus. „Vbi in examine vno alteroue, reſoluendo tex„tus ex vtrobique iure ipſi propoſitos, eosque „aduerſus dubia obiecta aſſerendo, doctrinam „& dexteritatem ſuam adeo Conſeſſui Faculta„tis noſtrae vndiquaque comprobauit, vt di„gniſſimus omnium ſuffragio habitus fuerit, „cui ſummi in vtroque iure honores conferren„tur. Haec Lynckerus, quo praeſide Noſter an. 1696. m. Iun. magna cum gloria defendit *Diſſertationem Inauguralem de Immedietate Ciuium Imperii Romano-Germanici*, cui laudatus Praeſes Epiſtolam, praeconiis Noſtro delatis refertam, praefixit. Noſter vero gradu Academico ornatus, variis deinceps ciuilibus honoribus eſt inſignitus. Geſſit enim inſigne munus Syndici Laubanenſis, atque ab ipſo Imperatore in Nobilium ordinem eſt cooptatus, cognomine VON EHRENBERGEN honoris cauſa ei impoſito. Summum honoris culmen conſcendebat, cum a Sereniſſimo Principe Mecklenburgico-Strelitienſi Ei deferrentur honorifica Conſiliarii Intimi & Conſiliorum Praeſidis munia, quae nunc etiam laudatiſſime adminiſtrat.

IOANNES ADOLPHVS OVENS.

Ingressus est Gymnasium nostrum sub initium anni 1691, cum annus aetatis ipsius decimus & sextus laberetur: die enim 10 Aug. an. 1675 lucem hanc aspexit. Adhaesit in primis beato decessori meo ENOCHO SVANTENIO, in cuius aedibus vixit atque conuictu, donec an. 1694 Athenaeum nostrum honestissimo modo relinqueret, eo vsque progressus, vt tertius in ordine factus Lipsiam abiret. In hac inclytissima Academia continuauit studia sua vsque ad annum 1697 auspiciis LVDERI MENCKENII, ANDR. MYLII, FRANCKENSTEINII, GEORGII BEIERI, PHILIPPI, ICtorum fama, eruditione, meritis longe celeberrimorum. Vti vero finis coronat opus, ita etiam studiis Academicis laudabilem imposuit finem sub laudati *Menckenii* praesidio *Disputationem Iuridicam de Bonis Vxorum a massa concursus separandis* an. 1697 defendendo. Perpendens deinceps quantum eruditionis, quantum ciuilis prudentiae per peregrinationem rite institutam possit comparari, exteras regiones non sine praeclaro fructu inuisit. In patriam redux factus an. 1699 iussus est a Serenissimo Principe Slesuico-Holsato FRIDERICO IV obire Secretarii Legationum munus, quod magna fide administrauit. Neque minori se probauit dexteritate, cum eius opera in Cancellaria & Iudiciis prouincialibus Princeps vsus est. Vnde etiam an.

1707

1707 a Sereniſſ. Princip. tutelar. & ſpeciatim Sereniſſima Princip. HEDEW. SOPHIA, Sereniſſ. Princip. FRIDERICI Vidua, Holmiam vocatus & intimus, ſiue Status Secretarius fuit declaratus. Ornauit hanc ſpartam vsque ad annum ſuperiorem 1719, quo Sereniſſ. Princeps CAROLVS FRIDERICVS ei Conſiliarii Iuſtitiae detulit honores.

LVDOVICVS PINCIER.

Illuſtris eſt familia, ex qua ortum traxit. Patrem enim habuit HERMANNVM PINCIER, Canonicum Seniorem & Praefectum Maiorem Rev. Capituli Lubecenſis: Matrem autem ELISABETHAM, LAVRENTII LANGERMANNI, Rev. Capituli Hamburgenſis Decani filiam. Auo gauiſus eſt paterno LVDOVICO PINCIER, Capituli Lubecenſis Decano, & Serenisſimi Ducis Slesuici ac Holſatiae regentis IOANNIS ADOLPHI, vt & Celsisſimi IOANNIS FRIDERICI, Archiepiscopi Bremenſis ac Episcopi Lubecenſis, Ducis Holſatiae, intimo Conſiliario, cuius in Templo Cathedrali ſupereſt Epitaphium, his comtum verbis:

Haſsiacis procul hinc LVDOVICVS PINCIER oris
Nominis antiqui progeneratus avis,
Legum Doctor & hac venerandus in aede Decanus,
Conſiliis aula dexter in Holſatica.
Vir placidus, prudens, ad agenda negotia promptus,
Spectata erga omnes ingenuaque fide.
Ex febre longinqua lethi mortisque potitus,
Hic animae gelidas conditur exuvias.

Ipſa

Ipsa autem coeli supernam conscendit in aulam,
Quod posuit summa rursum aditura die.

Obiit anno Christi 1612, cum vixisset annos 51. grati hæredes posuerunt.

In lapide autem sepulchrali sequentia leguntur:

Dormitorium PINCIERORVM, quod Pl. Reverendus, Magnificus & Consultissimus Vir, Dn. LVDOVICVS PINCIER, Ecclesiæ huius Cathedralis Decanus, Serenissimorum Slesvici Holsatiæ &c. Ducum Consiliarius intimus, sibi anno 1599 emerat, suisque heredibus hereditarium fecerat, & exstruendum curaverat. Natus est anno 1561. 7 Ianuarii, mortuus vero anno 1612. 26 Decemb. ætatis 51. mensium XI. dierum 19. & in hoc monumento placide quiescit.

Auia laetatus est ANNA, Consulis Stadensis HINTZII filia. Proauo exsplenduit paterno perillustri Domino HERMANNO PINCIER, supremo Administratore prouinciali Niddano in Landgrauiatu Hassiae: proauia autem Domina illustrissima ELISABETHA, PR. A. celsissimi Comitis Nassoviae IOANNIS vidua. Adeo illustris, adeo eminentis, imo eminentissimi generis maiores potuerunt numerari, cum Noster an. 1624 d. 10 April Lubecae nasceretur. Neque tamen splendidis eiusmodi maioribus ita est confisus, vt cum hoc per nascendi sortem

tem obtento decore virtutis & ſolidae eruditionis ornamentum coniungere non ſtuderet. Magnam partem retulit acceptam inſtitutioni non tam priuatae, quam potisſimum publicae, qua in noſtro Gymnaſio vſus eſt. In *pueritia,* inquit B. Suantenius in eius Memoria pag. 5, *atque adoleſcentia cum ſingulari indole & ſolertia eſſloreſceret, religionis verae & artium liberalium praeceptis ac diſciplinis, priuata primum opera imbutus eſt; ſolidiori deinde Ephebei Lubecenſis publici commisſus inſtitutioni, ad doctrinam, modeſtiam & rectae ſtudium vitae ſolerter conſectandum omni diligentia asſueſiebat.* Multa itaque debet Athenaeo noſtro, quamuis Bordesholmenſe quoque & Daventrienſe (in quo audiuit *Io. Frid. Gronouium*) alumnum eum habuerint. Cum ad percipiendos doctores Academicos eſſet idoneus factus, contulit ſe Helmeſtadium, cuius doctores excellentisſimi *Conringius*, *Habnius*, & *Eichelius* hiſtoriam, doctrinam ciuilem & iuris ſcientiam ita ei tradiderunt, vt perinſignes in vtilisſimis his diſci„plinis fecerit progreſſus. Relicto Iulio ſcien„tiarum contubernio, ait laudatus Suantenius „l. c., *Lugdunum* Batauorum contendit, quo „celebratisſimorum tunc & conſultisſimorum „*Arnoldi Vinnii* & *Gronouii* ſermonibus pereru„ditis florentisſima cum induſtria attenderet. „Redibat abhinc Lubecam, vt & blando ſuo„rum deſiderio ſatisfaceret, & annum, quem „vocant, reſidentiae in Rev. Capitulo decenter „obſeruaret ac conficeret. Interiecto aliquo „tempore Belgium repetiit confoederatum, &

in illuſtri Zutphaniae Academia Harderuicenſi „adultam iuris legumque ſcientiam accumulan-„do in id provexit nobile faſtigium, vt ipſe con-„ſpicuus maxime Praeſes publicam *de Compenſa-„tionibus Diſputationem* tueretur, ac non ita multo „poſt ſummis in vtroque iure honoribus ſolen-„niter condecoraretur. Nouellum iam Docto-„rem vlterius inflammabat deſiderium exteras „peragrandi regiones, vt, durante hoc peregri-„nationis honorificae motu, variarum obſerua-„tione rerum, oculos animumque elegantiae, „lautitiae & munditiae percupidum paſceret, „foueret, exſaturaretque. Obiens igitur reli-„quas Belgii amplisſimas ornatiſſimasque pro-„vincias, familiaribus virorum vsquequaque e-„minentium ſermonibus reſciuit, & attento a-„gitauit animo, quis & qualis imperantium & „parentium ibi ſtatus conditioque vigeret & af-„foret. Mox in Galliam commigrauit, & pro-„be animaduertit, quicquid ibidem praecipue „viſu memoratuque dignum obuiam illi venie-„bat, iucundisſimo virorum percelebrium „aſpectu atque comi affabilitate aliquantiſper „delectatus. Excepit poſthaec ſolertisſimum „hunc peregrinatorem Heluetia, vbi per ali-„quod tempus cum ſubſtitiſſet, clarisſima Ger-„maniae loca perluſtranda eſſe meditabatur, &, „directo ad auguſtam invictiſſimi Imperatoris „ſedem itinere, pereximium operae pretium „eſſe arbitrabatur, in celſiſſimis Electorum Prin-„cipumque aulis ampliſſime aliquandiu com-„morari. Forte tunc ita eueniebat, vt Impera-

toria

„toria Francofurti comitia haberentur, quibus „vt commode posset adesse, eo perrexit, & in„dulgentissima Moguntini Electoris Serenissi„mi gratia clementer adiutus protectusque, per„gratam comitialis huiusce actus memoriam at„tentissime conseruauit, Ita praedicauit Suada Svanteniana Nostri labores eruditionis & ciuilis prudentiae comparandae causa exantlatos. Similem facundiam requirunt munera ab eo gesta. Fuit enim Reuerendissimo atque Serenissimo Lubecensi Episcopo, AVGVSTO FRIDERICO, a consiliis Aulae & Cancellariae, nec non Rev. Capituli Lubecensis Canonicus Senior & Cathedralis Ecclesiae Thesaurarius, quae munia Eum, annis & meritis grauem, oportuit relinquere an. 1702 d. 19 Nouembr., quo die veloci admodum, beata tamen morte ad immortalia perductus est, cum mortalis octo & septuaginta annos septemque menses laudabiliter in hac mortalitate consumsisset.

DETLEFVS HENRICVS PINCIER.

LVDOVICI, cuius vitam modo recensuimus, frater, quem peculiari scripto Germanico, *Ehren-Gedächtniß* &c. vocato, Lubec. 1714. fol. Anonymus quidam laudauit. Ex eo non opus est, adducere ipsius splendore illustrium honorum conspicuos maiores, quoniam eorum paulo ante mentio est iniecta. Notamus potius, quod Lubecae an. 1641. d. 23 Ianuar. in lucem sit pro-

ductus, non priuatos solum adolescentulus, sed iuuenis quoque publicos doctores Lubecenses magno cum fructu audiuerit, Rostochii & Helmestadii Academicorum magistrorum ope porro optime institutus sit, doctisque peregrinationibus litteras suas ac prudentiam egregie amplificarit. Notamus etiam munera, quibus non sine laude functus est. Isthaec vero citatus Anonymus pag 6 sq ita describit: *Es ist derselbe an.* 1670 *bey hiesigem Hoch-Ehrwürdigen Thum-Capitul Secretarius geworden, und hat sothanem Ampte biss An.* 1707 *den* 27 *Novembr., da er dasselbe wiederumb quitiret, treu und fleissig vorgestanden. Er ist auch eine geraume Zeit des Collegii derer Vicariorum in Summo wohlverdienter Senior gewesen, und nachdem Ihm An.* 1701, *den* 14 *April. das Decanat der Collegiat-Kirchen zu Eutin aufgetragen worden, hat er nichtes unterlassen, was zu bestmöglichster Verwaltung solcher Aempter und Bedienungen gereichen mögen.* Attigerat iam aetatis annum septuagesimum & quartum, cum an. 1714 d. 3 April. vitam cum morte in hac ciuitate commutaret.

IOACHIMVS CHRISTIANVS PINCIER.

Patre gauisus est LVDOVICO PINCIER, paulo ante commendato, matre CHRISTINA LANGIA, IOANNIS HVDEMANNI, Theologi Regis Danorum in regione Slesuicensi & Holsatica summi, quem Superintendentem Generalem appellant, filia; patria autem Lubeca,

beca, quae eum an. 1671. Cal. Septembr. filiis suis coepit annumerare. *Adultior paulum*, scribit B. Suantenius in ipsius Memoria pag. 3, *vt praeceptis ac disciplinis artium liberalium imbueretur atque solerter erudiretur, traditus est percelebris ludi litterarii Lubecensis institutioni, hinc auspicio atque ductu cum nostro, tum clarissimorum & eximie de profectibus artes ingenuas excolentium iuuenum, tunc promerentium virorum, ea scientiae sibi conciliauit emolumenta, quibus Academicae maturus consociationi, ad vlteriorem cognitionis apparatum egregie colligendum procedere valeret.* Addatur Auctor Vitae Nostri Germanica lingua scriptae, in qua scholasticum eius curriculum sic describit: *Von solcher Seeligkeit und Glückseeligkeit (der Tauffe) dependirte ja nachmahls des Herrn Hoff-Raths glückliche Erziehung, da Er so wol in der Zucht und Ermahnung zum Herrn, als in schönen Wissenschafften und Sprachen, so wol zu Hause, als in unserer öffentlichen Stadt-Schulen, unter der Anführung vieler vortrefflichen Lehrer, die guten Theils im Herrn entschlaffen, wenige aber noch leben, ich meine unsern gelehrten Herrn Rectorem, ENOCHVM SVANTENIVM, und den rechtschaffen verdienten Herrn WIDA ist erzogen worden.* Cum nostro Athenaeo dixisset vale, an. 1692 m. Mart. Ienae Academica studia auspicatus est, perque triennium in Alma Salana philosophiam, historiam, mathesin & iuris-

prudentiam addiſcere magno ſtudio laborauit. Neque carebat laudabilis hic conatus proſpero ſucceſſu, quum ea frueretur felicitate, vt poſſet TREVNERI, SCHVBARTI, WEIGELII, LYNCKERI, WILDVOGELII, FRICCII, FLöRICHENII & HARTVNGI eſſe auditor. *Perluſtratis poſtea*, ait Suantenius l. c., *celebrioribus Academiis, Lipſienſi, Erfurtenſi, Halenſi, nec non eminentioribus Principum Ducumque Aulis, in Belgium migrauit, vt Lugduni Batauorum per aliquot annos in peramoena conſuetudine ac erudita familiaritate viri vsquequaque celebratiſſimi GRONOVII verſaretur. Merebatur iam variis perpolita locis excellens viri generoſi cognitio, vt honorifico doctae fructu induſtriae perornata eniteſceret: quem in finem oblatum Lugduni decus iuris vtriusque Doctoris ſolenniter recepit.* Reverſus in patriam virtute ac eruditione ita ſe probauit, vt honores Conſiliarii Aulae & Cancellariae, Lubecenſis (& Vthinenſis) Canonici, Theſaurarii & Structuarii adipiſceretur. *Perplacebant adeo*, teſte Suantenio l. c., *& perinſignis virtus, & promta de omnibus bene merendi voluntas, & affabilis comitas integritasque Pincieriana Reuerendiſſimo atque Sereniſſimo Lubecenſi Epiſcopo CHRISTIANO AVGVSTO, vt virum excellentiſſimum aulicis conſiliis propenſe adhiberet, cancellisque pariter principalibus intereſſe clementer iuberet velletque: adiecto mox vlteriori hoc gratiae ſereniſſimae augmento, vt, poſt obitum paternum, theſauri & ſtructurae Cathedralis templi meritiſſimus exiſteret praefectus.* An. 1708 d. 5. April. mortalium loco immortalia accepit.

IOACHI-

IOACHIMVS RANZOVIVS.

Inclytae admodum ſunt familiae Ranzouiana (11) atque Ahlefeldina, & Comitibus pariter ac Nobilibus illuſtres. Ex vtraque ortum traxit Noſter, qui gloriam maiorum ac cognatorum & eruditione & meritis felicisſime propagauit. Dabatur orbi huic fauſtis auſpiciis, cum annus milleſimus ſexcenteſimus viceſimus & ſeptimus laberetur. Aduentu ſuo Generoſ. Dn. DANIELEM RANZOVIVM (12), virum non

(11) Honorificentisſima de hac familia commemorauit B. Bangertus in Nott. ad Helmold. p. 104 ſq. Academiae quoque Heidelbergenſis Profeſſores in Teſtimonio de fideli cura Antonii Caucii, quam adhibuit aduerſa valetudine laboranti Ioanni Ranzouio, iure meritoque eam vocarunt *vetuſtisſimam nobilem & equeſtrem familiam, in qua plurimi pietate, ſapientia, prudentia, fortitudine, ſcientia rei militaris & gubernationis politicae, ac eruditione praeſtantes viri prae aliis claruerunt, ac hodie eo nomine celebrantur.* Extat hoc teſtimonium in Epiſtolis Conſolatoriis Regum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium aliorumque clarisſimorum & doctisſimorum virorum ad Henricum Ranzouium, Regis Daniae Producem Cimbricum, ſcriptis, opera & ſtudio M. Georgii Ludouici Frobenii collectis p. m. 73 edit. Francof. 1593 8. In his Epiſtolis multa alia ad gentis Ranzouianae laudem & gloriam ſpectantia inueniuntur. Alios fontes indicat & ſimul illuſtrem Ranzouianam familiam, excellentisſima Henrici Ranzouii virtute ſummum decus conſecutam, commendat Cl. Mollerus in Iſagog. ad Hiſtor. Cherſoneſ. Cimbric. P. I. pag. 223 ſqq.

(12) Differt ab eo ſenior DANIEL RANZOVIVS, cuius hoc elogium reperitur in laudatis Epiſtolis p. m. 63 ſeq: Daniel

non natiuitate ſolum, ſed & optimis virtutibus & praeclarisſima eruditione vere nobilem, ac Generoſ. Dn. CLARELIAM ab AHLEFELD valde exhilarabat. Augebat gaudium, cum eum viderent tam annis, quam virtutibus ex voto creſcentem. Documentum magnae ſuae prudentiae peregregium dabat Pater, cum ſapienter admodum iudicaret, nobilia ingenia per aemulationem, quae in publico diſcentium coetu eſt, non poſſe non ad praeclara quaeuis ſuſcipienda inflammari. Quare illum mittebat Lubecam, vbi per aliquot annos pependit ab ore *Ioannis Kirchmanni*, fuitque commilito *Ioannis*

„Daniel Ranzouius, Nobilis Holſatus, Dominus Caſtrorum Nienhoff, Troieburg & Woldenhorn, linguae Latinae, Gallicae, Italicae, Danicae ac Germanicae peritus: in iuuenibus annis ſub Carolo V Imper. militiam in Italia ſecutus. In expugnatione Dithmarſiae duarum cohortium ductor: Regis Friderici II contra Suecos ſummus Dux, & primarius belli ſeptennalis adminiſtrator deſignatus: multarum pugnarum acerrimarum manu impari commiſſarum felicisſimus victor: cuius rei admirandum ſpecimen in campo Aſtropheide exhibuit, viginti ſex millibus hoſtium per quatuor millia ſuorum proſtratis ac fuſis: viarum in Suecia abſtruſarum & ante hac incognitarum inueſtigator ac inuentor. Multarum vrbium, pagorum, agrorumque hoſtilium depopulator & euerſor: de Rege ac toto Regno Daniae optime meritus: tandem in obſidione arcis Warburgi, globo ex tormento aeneo exploſo, & per caput ipſius adacto, ictus, cum magno Regis & exercitus luctu ac deſiderio exſpirauit, mortem ſuam arcis deditione continuo ſubſequente. Anno Chriſti M. D LXIX. Aetatis XL.

nis Ritteri, magni illius deinceps Viri & Consulis immortalium in Lubecam nostram meritorum (de quo vid. Athen. P. I. p. 202 sqq.), quae scholastica familiaritas ac consuetudo fundamentum videtur iecisse maximae, quae inter hos illustres duumviros per omnem vitam culta fuit, amicitiae. Academias postea inuisit non sine magna litteras suas amplificandi contentione varias, & in his Soranam quoque, quae isto tempore in Dania florebat. Galliam porro & plures regiones externas perlustrauit non sine insigni emolumento, eaque habuit tam civilis prudentiae, quam iuridicae eruditionis incrementa, vt ad res gerendas, in foro etiam, idoneus euaderet, Specimen huius forensis peritiae dedit luculentum, cum in Ducatu Mecklenburgico, in quo sedem initio fixerat, contra virum, cuius labor inclientum periculis versabatur (Aduocatum vulgo dicunt) causam tueretur & ageret ita, vt superior euaderet, victorque discederet. Neque minus iuuit ipsum haec scientia in administrandis non sine gloria splendidis illis muneribus, quibus fuit admotus. Delata enim Ipsi sunt munia Praefecti Episcopalis Kaltenhofensis (Bischöfl. Ambtmann zu Kaltenhoff), Consiliarii intimi CHRISTIANI ALBERTI, regentis Ducis Slesuici & Holsatiae, Decani (quam dignitatem gessit per 33 annos) & tandem Praepositi Lubecensis. Laudem reliquit non vulgarem an. 1701 m. Febr. Lubecae defunctus.

ACHILLES FRIDERICVS SCHOMERVS.

Diem natalem celebrat vicesimum Aprilis, anni millesimi sexcentesimi sexagesimi & quarti, quo die parentibus NICOLAO SCHOMERO, V.I. Doctori, & Senatori ac Camerario Lubecensi meritissimo, atque SVSANNAE, CHRISTOPHORI SCHLAFII, Reu. Capituli Canonicorum Hamburgensium Syndici & Secretarii filiae, primo aspectu gaudium excitauit. Cum annum aetatis nonum ageret, Cathariniana nostra litterarum optimarum officina Eum accepit alumnum, & per integros vndecim annos retinuit. Qua Nostri constantia, valde laudanda, factum, vt studia non cruda, quae multorum consuetudo est, sed matura in Academiam transferret. Vixit autem Rostochii ab anno 1684 vsque ad annum 1687 ita, vt doctores publicos magna industria audiendo ex animi sententia cresceret doctrina, cresceret rerum gerendarum prudentia. Patriae redditus, per annum & quod superest, causas egit in foro Lubecensi. Sed reliquit mox, dulce alias, natale solum, Hafniamque se contulit, vbi duobus natu maioribus filiis perillustris MEYERCRONII, Legati extra ordinem Lutetiae tum degentis, fuit praefectus vitae, morum ac litterarum magister, nactus in aula Regia occasionem submisse venerandi ipsum Regium Principem, cum quo, aeque ac summis Ministris, saepe collocutus multa didicit ad ciuilem prudentiam

dentiam pertinentia. Aptus proinde an. 1690 fuit iudicatus ad instituendum Principem Mecklenburgicum FRIDERICVM WILHELMVM, qui cum post biennium imperio potiretur, Nostrum, fidei, doctrinae & meritorum in se ratione habita, an. 1692 Consiliarium Iustitiae creauit. Hodie gerit etiam illustre Vice-Directoris Cancellariae munus, quod Ei an. 1709 a Serenissimo Duce demandatum. Extant itaque praeclarissima eius in ciuilem rempublicam merita. Sed egregie etiam de sacris ac re litteraria meritus est, dum Praefatione ornauit edendamque curauit B. fratris sui, *Iusti Christophori Schomeri*, Theologi incomparabilis, *Theologiam Moralem*, de cuius praestantia deinde videbimus, quando de hoc perinsigni Lutheranae Ecclesiae ornamento agetur.

IOANNES VERMEHREN.

Genitorem habuit Vir hic excellentissimus PAVLVM VERMEHREN, Ciuem & Mercatorem Lubecensem primarium: auum autem PAVLVM VERMEHEEN, ex Batauis oriundum, virum verae religioni summo studio addictum, qui cum Antuerpiae sedem fixisset, Albani Ducis crudelitate in exilium actus, commigrauit Stadam, quam deinceps filius ipsius, ibi an. 1600 d. 1 Aug. natus, reliquit & in Lubecensem ciuitatem se adscribi passus est. Hac etiam per natiuitatem, quae contigit an. 1634 d. 21 Nouembr., Noster fuit donatus. Pater aeque ac Mater ELISABETHA von MVNSTERS de

de filio legitime educando fuerunt solliciti. Quare Praeceptoribus tum priuatim, tum publice in Schola docentibus eum commendarunt. Cum attigisset decimum aetatis annum, missus est Ratzeburgum, traditusque Scholae Cathedralis praeceptoribus *Henrico Sartorio*, Rectori, & *Gottlieb Nigrino*, Cantori. *In hoc ludo per integrum ferme quinquennium*, vtor verbis Matthiae Steinii, Iuris Prof. Rostoch., in prolixo Programmate funebri, Vitam Nostri & laudes enarrante (Rostoch. 1710. 4. pl. 4.) pag. B sq., *non contemnenda iecerat in lingua Latina aliisque humaniorum nobis nomine venientibus studiis fundamenta. Quibus vt alia etiam superstruerentur, cumprimis quae Politicum siue faciunt, siue ornant, consultum visum fuit, eundem domum retractum commendare institutioni viri ad informandum iuuentutem nati factique, vel ex solis, quas Helmoldiano Chronico Slauorum eiusdemque continuatori, Arnoldo, adiecit, eruditissimis Notis sat celebre nomen adepti, HENRICI, inquam, BANGERTI, incluti, quod Lubecae floret, Gymnasii ea tempestate Rectoris. Factum id est anno* 1649, *& eo quidem pacto, vt ab aliis negotiis, ne impedimento forte ipsi forent, remotus in Bangertianam domum reciperetur, quo ad manus quoque semper esset ei, cui ipsius erat informatio demandata. Neque successu sperato hoc instituti caruit, quin fructum eius breui viderint Parentes, vt impensos frustra perditosve sumtus deplorandi causae habuerint nihil. Ex aduerso potius maiorem indies gaudendi ansam ex eius profectibus capiebant. Quaecunque enim in Chronologicis, Geographicis, Historicis aliisue Philosophiae partibus*

tibus proponebantur abs Praeceptore, ab auditore hoc, vt mira cum promptitudine recipiebantur, ita non minori cum tenacitate (excellenti enim tum vtebantur memoria) retinebantur. Neque tamen in his occupatum linguarum, Graecae praesertim ac Latinae, tenebat fastidium, quin earum summam agnoscens necessitatem, in iisdem excolendis indefessus desudauerit, adeo vt omnis ei voluptas, omnis cura, omne otium ac negotium fuerit in litteris. Ita excultus hactenus erat adque maiora praeparatus Praeceptorum fidissimorum opera, vt non a BANGERTO solum, cui prae ceteris noti eius profectus erant, sed & B. D. MENNONE HANNEKENIO, maxime reu. tunc temporis reu. Ministerii Lubecens. Superintendente, aeternae memoriae viro, ac B. D. DAVIDE GLOXINIO, optime promerito Lubecensium Syndico, iustissimis ingeniorum censoribus, dignus omnino iudicatus fuerit, aptusque, qui altiora iam nunc adoriretur, ad principes, quas Academias vocamus, Scholas dimttendus. Cursum autem suum dirigebat Giessam, quae ipsi institutionem praestantium illa aetate virorum *Ebelii, Schultzii* & *le Bleux* (sub cuius praesidio defendit mascule *Disputationem de Iungenda cum Armis Prudentia*) per tres annos & dimidium concessit. Adiectis deinceps sex mensibus, quos consumsit in illustri Schola Marpurgensi, profectus est an. 1657 Helmestadium, fama summorum iuris & ciuilis doctrinae interpretum *Hahnii, Werneri, Eichelii,* & praesertim *Conringii,* ipsi, sponte currenti, calcar addente. Anno 1660 reuisit quidem patriam, sed anno statim subsequenti itinera auspicatus est. Primum ad-

orna-

ornabat ad Belgas, quorum loca celebriora ita perlustrauit, vt rationem semper litterarum habuerit. Quamobrem cum viris doctissimis *Vossio*, *Thienio*, *Syluio*, *Gronouio*, *Schoockio*, aliis, non sine insigni commodo est collocutus. In primis sibi conciliauit fauorem *Hornii*, Historici & Politici celeberrimi, qui, referente Steinio „l. c. p. B 4, in beneuolentiae ac singularis affe„ctus documentum, libros a se confectos, alte„rum *Orbis Imperantis & Politici*, alterum *Historiae* „*Motuum & Mutationum in Britannia* titulum ge„rentes, ac propria auctoris manu scriptos, an„tequam publicis darentur typis, describendos „ipsi communicauit. Magna quoque prudentia peragrauit Angliam, Galliam, Sabaudiam & Italiam, multas aulas obseruauit, subinde quaedam animaduertens, quae in vsus suos posset conuertere. Reuersus in Germaniam, Augusta Vindelicorum, Monachio, aliisque inclytis locis superatis (vtor denuo verbis Stei„nii p. C. 1.) *Ratisbonam* ingrediebatur, eo qui„dem tempore, cum & ipse Imperator cum Au„la sua, & non pauci Imperii Electores ac Prin„cipes ipsi, aliorum vero Legati, praesentes „ibidem aderant, Comitia Imperii solemniter „celebrantes. Et sic rursus offendebat & hic, „e quibus maiorem sibi acquirere poterat pru„dentiam. Confecto itinere mox inclaruit (virtus enim latere nequit) innotuitque Serenissimo Duci Mecklenburgico CAROLO, qui ei Consiliarii in Aula sua, quae Miroviae tum erat, splendidum munus per *Andream Curtium*, Cancellarium

cellarium Gustrouiensem, detulit, quam spartam an. 1665. d. 12 Mart. coepit ornare. Mortuo hoc Principe an. 1670. d. 20. Aug., Serenissimus ipsius Frater, IOANNES GEORGIVS, Dux Mecklenburgicus, Eum volebat esse suum Consiliarium, promittens sibi eandem fidem, quam Fratri praestiterat. Noster negotiis aulicis iam assuetus, causas videbat nullus, quare oblati muneris honorem declinaret. Vix autem de fidè sua certiorem reddiderat Principem hunc, cum Serenissimus Princeps CHRISTIANVS LVDOVICVS, Dux Regens Mecklenburgicus, illustre Consiliarii in Aula Suerinensi munus eidem offerret. *Malebat tamen ille*, inquit Steinius p. C 3, *suo seruire Principi, cuius in se clementiam iam cognitam habebat abundantissime. Intercedebant eo tempore inter Serenissimos hosce Fratres lites non leves: ast opera B.* N. *DN. Consiliarii intercedente iisdem sublatis, animi reconciliabantur, quod existimationem* N*ostri apud vtrumque Principem non parum augebat.* Verum & hunc statum morte Principis mutante, tertius Serenissimus Frater, FRIDERICVS, eum in aulam suam adsciuit, eademque Consiliarii dignitate ornauit, quam Noster an. 1676, iterum licet in aulam Suerinensem vocatus, accepit, fidelissimam Principi suo nauauit operam, ad finem vsque vitae Eidem adhaesurus. N*unquam etiam*, scribit Steinius p. C 3 sqq, *ab Eo se separari passus fuisset, nisi mors ipsum & hoc suo Domino priuasset, id quod eueniebat anno* 1688. *Tertium sic amiserat Dominum suum, & tertium nunc Suerinum euocabatur, ad praefulgidam*

Camerae

Camerae Consiliarii spartam obeundam. Animaduertens autem, abs Serenissima Principe Vidua se aegre dimissum iri, non prius consentire in vocationem volebat, quam permissum ipsi esset, vt Clementissimae Principis ac Herae suae ministerio vna defungeretur. Quo impetrato, anno 1690 *Suerinum cum familia abiit, delato munere functurus. In quo cum talem se praestaret, qualem sperauerant omnes, promeritus breui erat, qui ad maiorem eueheretur dignitatem, Consiliarii Camerae Intimi titulo vna cum munere abs Serenissimo Principe ei quam clementissime delato. At vero vix duo elapsi anni erant, quando iterum sine Domino se cernebat B. N. Dn. Consiliarius Intimus, cum Sereniss. Princeps ac Dominus DN. CHRISTIANVS LVDOVICVS, Dominus quondam noster clementissimus, anno* 1692 *supremum suum obiret diem. Huic tamen casui, terris his quidem doloroso, summa cum populi laetitia medebatur Sereniss. successor, Dominus FRIDERICVS WILHELMVS, hodie Regens noster Dux ac Dominus longe clementissimus. Cui diuino Principi ignotae non erant B. Viri virtutes ac dotes, quin agnosceret eiusdem merita ac eximiam fidelitatem, quam non tribus solum Patruis, sed Genitori etiam Serenitatis ipsius exhibuerat olim. Idcirco in collato abs Praedecessore atque Patruo munere eundem cum ceteris, qui tunc temporis erant, Consiliarius voluit confirmatum. Quantum eius valuerit prudentia in componendis ac conciliandis dissentientium Principum animis, iam aliquoties dederat demonstratum: quare, cum sub initium regiminis lites nonnullae exorirentur inter Sereniss. Principem nostrum eius Patruum, Serenissimum itidem Principem ac Dominum Dn. ADOLPHVM FRIDERICVM,*

RICVM, Ducem Mecklenburgensem p. m., eorundemque conciliatio Lubecae tentaretur, B. Vir eo cum plena potestate ablegabatur, vt qua consueuerat prudentia, & hasce tolleret, earundemque remoueret causas. Nec frustrata Principem est, quam in hoc Ministro suo habebat, fiducia, vt potius commissa sibi negotia tanta expediuerit cum dexteritate, qui omnium reportaret laudem & approbationem. Nec minori eidem gloriae ducendum est, quod & ipse, accepta plena potestate, Domini sui causam egerit coram Caesareis Commissariis in transactione cum modo memorato Serenissimo Principe ADOLPHO FRIDERICO Hamburgi anno 1700 instituta, ob successionem in Terras a Gustrouiensis lineae Ducibus possessas ad mortem vsque diuinissimi Principis GVSTAVI ADOLPHI. Qua in re qualem se gesserit Vir Beatus, vel ex eo colligere est, quod Serenissimus Princeps etiam absentem, praeter eius spem & opinionem, Intimum suum Consiliarium esse iusserit ac Camerae Directorem. Deinceps cum Ducatus Henetus nostro Serenissimo Principi cederet, eique peculiare ac separatum Regimen assignare placeret, Noster quoque B. Dn. Consiliarius Intimus eidem vt caput & Director praeficiebatur, ab Illustriss. Comite de HORN, primo Status Ministro ac Consiliorum Praeside, ceteris Consiliariis Serenissimi Principis nomine praesentatus ac introductus. Postea, cum Clementissimo Domino nostro visum fuerat, Illustre Regimen, vna cum ceteris Iudiciis Ducalibus Suerino pariter atque Gustrouio in nostrum transferre Rosetum, cum ceteris Dnn. Consiliariis B. Vir domicilium sibi hic loci figebat, lugubrem hanc de vita eius quam laudatissime peracta, fatis ac meritis permagnis commen-

tandi obitu suo occasionem nobis daturus. Interim, qui tot laboribus defunctus hactenus fuerat, ac imminentia iam sentiebat incommoda senectutis, id expetierat ab Hero suo, vt a curis ac laboribus in posterum vacuo quietam degere senectutem liceret. Id quod a Principis sibi semper clementissimi gratia equidem impetrauerat, ita tamen, vt, quod acceperat huc usque salarium, propter singularia eius merita, quoad viueret, quotannis ipsi exsolueretur. Ex quo vel solo iudicatu perfacile est, quam egregie de Principe, de Populo, de vniuersa Patria promeritus fuerit Vir, cui vltima hodie iusta fiunt. &c. Vitam cum morte an. 1710 d. 7 Novemb. commutauit.

PAVLVS VERMEHREN.

Almam nostram Lubecam accepit patriam, parentes nactus PAVLVM VERMEHREN, Ciuem ac mercatorem spectatissimum, & ELISABETHAM SIRICIAM, elegantibus, quae feminas ornant, virtutibus decoratam. Auum paternum habuit PAVLVM VERMEHREN, Ciuem quoque mercaturam Lubecae honestissima ratione facientem: maternum M. MICHAELEM SIRICIVM, Pastorem Marianum meritissimum: auias autem feminas praeclaras SVSANNAM MVNSTERS & AGNETAM REVTERS. Proauus denique paternus PAVLVS VERMEHREN, quem sincerae religionis ardor & Albani Ducis immanis furor e Belgio transtulit in Germaniam, hic minime est omittendus. Bonam natiuitatem bona excepit educatio. Noster enim ob egregiam indolem studiis litterarum dicatus, Scholam publicam

cam ingredi iussus est, vt pietate, artibusque ingenuis animus ipsius mature imbueretur. Euenit haec res adeo feliciter, vt in Gymnasticum coetum adscriptus posset auspiciis *Abrab. Hinckelmanni* (a quo in Programmatibus valde laudatur) in publicum prodire, & pro concione eruditionis haud vulgaris ostendere specimina. Fecit hoc prima vice d. 18 Maii an. 1675, quo die *Veram sub Legibus Libertatem* solemni Oratione demonstrauit. Perrexit eadem ratione laudabiliter se gerendo an. 1677. d. 26 April., quo *Caesarem Abdicantem* publico sermone perpendit. Ex Athenaeo nostro ad sublimiores Musarum sedes, Lipsiensem, & alias progressus, studia feliciter coepta non infelicius continuauit. Amplificarunt ea etiam peregrinationes cum iuuenibus illustribus ad exteros susceptae. His rebus factum est, vt virtus ipsius mox innotesceret, & ad varios dignitatis ac honoris gradus eum iuberet ascendere. Commemorare hic me oportet munus Secretarii Regii in Dania, & inde in Galliam, nec non ad Tractatus Pacis Rysuicensis, secessum cum Vice-Rege Guldenlovio Hamburgi, & aditum cum filio ipsius Lowendalio, supremo Aulae Mareschallo in Saxoniam, honorem ibi Consiliarii Commissionum & mox Aulici, Praefecturam denique cursorum publicorum, siue vt vulgo dicunt, Postarum Regiarum & Electoralium, quod vltimum munus an. 1715 ei demandatum. Quamuis autem ciuilia semper munia obiret, isthaec tamen impedire non potuerunt, quo

minus litteris elegantioribus, poëſi praeſertim vernaculae, operam dederit, & in ſanctiorem diſciplinam ita incubuerit, vt rarisſima, noſtro quidem ſaeculo, exempla ICtorum & Politicorum de ſacris litteris egregie meritorum posſit augere. Licuit mihi legere epiſtolam, in qua de ſtudiis ſuis tam pie, quam eleganter ipſe disſeruit his verbis, dignis omnino, quae hic inſerantur: *Quamuis, vt negotia mundi ſancto quodam otio per interualla temperarem, Muſa mea ſonora aliquando fuerit, non tamen famae cecinit, ſed piae recreationi, non penetralia Themidos adiit, nec lucum Nymphae Egeriae Politicum, ſed dum IESVM refert, eiusque Eccleſiam, myſterium illud cantat, quod ab initio abſconditum, ſuo tempore non Sapientibus, ſed Minoribus innotuit, dum Catechismum in imaginibus exhibet, non cibum fortem, ſed lac puerile propinat.* Edidit autem Noſter, praeter varia nitida *Carmina*, e quibus prae ceteris laudari mereatur illud (pl. 5), quo an. 1692 d. 15 April. gloriosisſimae memoriae Regi Daniae CHRISTIANO V diem natalem gratulatus eſt, quippe quod & decus poeticum & rerum ab hoc Rege geſtarum narratio gratum lectori reddit acceptumque, duo opera poetico-ſacra, quae inſcribuntur

IESVS und ſeine Kirche, aus denen Sonn- und Feſt-Tags-Evangelien, ſo auch aus denen Apoſtel-Geſchichten, in Hundert mit ſo vielen Kupffern gezierten Vergleichungs-Sonnetten, zu erbaulicher Ergötzung bey ſonſt müsſigen Subbaths-Stunden betrachtet durch Paul Vermehren, Königl. Poln. und

Churf.

Churf. Sächſ. Commisſions-Rath. Nebſt einem Vorbericht Hrn. Valentin Ernſt Loeſchern, der Heil. Schrifft D. Königl. Poln. und Churf. Sächſ. Ober-Conſiſtorialen, der Kirchen zum Heil. Creutz in Dreßden Paſtoris, auch derſelben Dioeceſes Superintendenten. Dresden und Leipzig. 1713. fol. Splendidum hunc librum, qui ipſis Regum ac Principum bibliothecis poteſt eſſe ornamento, incomparabilis Loeſcherus in Praefat. vocat *eine Probe des Evangeliſchen Seegens, welchen GOtt ſeiner rechtgläubigen Kirche, ob er ihr gleich hie und da ein hartes erzeiget, noch nicht entzogen hat.* In eadem elegantisſima Praefatione aperit Bibliothecam ſacram purpuratam, agitque de laboribus Principum aliorumque ſummorum vtriusque ſexus hominum, qui ſcripta ad diviniorem ſcientiam ſpectantia ediderunt. De cetero opus hoc vehementer laudat, praecipue autem oſtenſam in eo σύγκρισιν, ſiue harmoniam Scripturae. *Die gegeneinander*, ſic inter alia iudicat, *geſetzten Bilder, da eine Reihe aus den Evangelien, als dem Leben Jeſu, und der Apoſtel-Geſchichte, als der Hiſtorie der erſten Kirchen, die andre aus andern mit jenen harmonirenden Bibel-Stellen genommen iſt, geben eine ſchöne Probe der Bibliſchen Gegeneinanderhaltung - - - Ich geſtehe, daß mir nicht wenige un-*

ter diesen Biblischen Confrontationen, daß ich also rede, zwar unvermuthet, aber bey dem ersten Anblick recht erfreulich und werth gewesen. Vnde etiam de Auctore fatetur, *daß ihm GOttes Güte ein tieffes Einsehen und reiche Erkäntnüß in seinem Wort gegeben.* Imagines aeri incisae sunt praestantissimae, & ita comparatae, vt in iis pietas cum ingenio, ingenium cum elegantia certare videantur. Explicatio imaginis tituli loco praefixae haec est:

Du *König* aller Welt, du *Bräut'gam* frommer Seelen,
Hie singet *David* dir ein *Lied* zu deiner Ehr,
Ach! daſs auch meine *Zung* ein guter *Griffel* wär,
Umb deiner Wunder Ruhm nach Würden zu erzehlen.
Dein gantzes Leben ist ein liebliches *Vermählen*
Mit deiner *Kirch*: Sie tritt *in deinem Schmuck* daher
Als *Braut*, mit *Gold* geziert; Und du, du freu'st dich sehr,
Daſs Sie ihr *Volck* verlâst, dich, *Schönster*, zu erwehlen.
Sie naht sich deinem *Stuhl*, allwo *zwölff Löwen* stehn,
Von welchen das Gebrüll soll durch die Welt ergehn.

Als

Als *Löwen* kan sie selbst der Teufel nicht bezwingen,
Als *Ochsen* treten sie die schwere Arbeit an,
Als *Menschen* sind in Lieb sie Menschen zugethan,
Als *Adler* muss ihr Geist sich nur zum Himmel schwingen.

Addam σύγκρισιν, cui Euangelium Dominic. XXII Trinit. ansam suppeditauit. Thema est: *Das ungleiche Bild*; comparatio autem inter Gen. III. 22 atque Matth. XXII. 20, & expositio his versibus absoluitur:

Wes ist allhie das Bild? wes ist die Uberschrifft?
Will ich, gefallner Mensch, dich diesen Sontag fragen;
Du schämest dich davor, ich hör dich weinend klagen,
Ach! Adams, dessen Biß uns allen wird zu Gifft:
Wie Adams Bild! was hat denn dieser angestifft?
Er hat in Eden ja das schönste Bild getragen,
Er war ja eine Müntz, drauff Gottes Bild geschlagen,
Wie dann, daß Schroot und Korn sich itzt so ungleich trifft?
Du sprichst, weil er aus Stoltz der Gottheit nachgestrebet,
Macht, daß er auch, als Mensch, ihm selbst unkennbar lebet.
Was ist denn hie für Rath? gib GOtt, was GOttes ist,
Sey Obern unterthan durch Demuth deiner Sinnen,

Laß Christi Gnaden Bild in dir Gestalt gewinnen,
So wirst du, der du warst, und bleibst nicht, der du bist.

Ex his & de methodo Auctoris, & de praestantia ac dignitate compositionis poterit iudicari.

Biblischer Bilder- und Lehren-Catechißmus, nach denen fünff Hauptstücken desselbigen, aus allerhand Exempeln, Vergleichungen und Sprüchen der heiligen Schrifft zusammen getragen, und in zweyhundert und zwey und zwantzig Bildern, Sinne-Bildern und Sonnetten, mit denen dazu gehörigen Anmerckungen, zu erbaulicher Seelen-Ergötzung abgefasset durch Paul Vermehren, Königl. Poln. und Churf. Sächs. Hof-Rath. Nebst einer Vorrede Hrn. D. Valentin Ernst Loeschern. Leipz. 1718. 8. In doctissima praefatione Loescherus agit de ratione docendi per imagines, ostenditque, quaenam imagines reiiciendae, quaenam probandae. His accenset Imagines prolatas a Nostro, de quo eiusque libro sequentia veritatis & honoris causa scripsit: *Die Biblischen Lehr und Catechismus-Bilder, so in gegenwärtigen Buche vorhanden, sind solcher Art, und werden sich als solche in der Probe erweisen. Der Hoch-Edle Herr Autor, welcher mit den ehemahls herausgegebenen Kunst und Lehr-reichen Bildern, so er über die Sonn- und Fest-Tags Evangelia verfertiget, seine diessfalls habende ungemeine Fähigkeit, und den von GOtt erlangten Seegen aus dem heil. Bibel-Buch Bilder und Uberschrifften so reichlich und so nützlich zu suchen, genungsam erwiesen hat, trifft*

trifft hier gleichsam noch näher zum Zweck, da er den Catechismum von Stück zu Stück, mit doppelten Biblischen Bildern erläutert, darunter iedesmahl das erste ein, so zu sagen, gantz ungezwungenes Lehr-Bild, das andre ein noch mehr Regul-mässiges Sinnbild ist. Beyde werden mit einem wohlgefaßten Sonnet kurtz und rund erkläret und eingeschärfft: beyde sind aus dem heiligsten Bibel-Vorrath, und zwar nicht nur aus einer, oder der andern, sondern aus gar vielen zusammen gehaltenen Biblischen Stellen genommen. Welchen vortrefflichen Fleiß und heilsame Kunst die alsobald nach iedem Sonnet eingeführten häuffigen Sprüche zeigen; also daß dasjenige, was an den Bildern, sonderlich von den Grossen, hoch geachtet wird, wenn sie nemlich, wie man redet, reich sind, sich allhier aus dem besten Schatz und Reichthum der Erkänntniß findet. Optime iudicasse summum Loeschecherum, patebit, si eiusmodi Imaginem Lectori ante oculos posuerimus, quo accurate cernat methodum, qua Noster vsus est. Dabo itaque primam Imaginem, qua totum Catechismum eleganter delineauit:

Biblischer Bilder- und Lehren-Catechismus.

Bild.

Das Paradieß, der Baum des Lebens, der Baum des Erkäntniß Gutes und Böses. Gen. II. 3. 9. Der Nebel. v. 6. Der sich in vier Wasser theilende Strohm. v. 10.

Worte.

Und GOtt der Herr pflantzete einen Garten in Eden, und den Baum des Lebens mitten im Garten, und den Baum des Erkäntniß Gutes und Böses. v. 8. 9. Ein Nebel gieng aus von der Erden und feuchtete alles Land. v. 6. Und es gieng aus von Eden ein Strohm, zu wässern den Garten, und theilete sich daselbst in vier Haupt-Wasser. v 10.

Sinnebild.

Der von dem Stuhl Gottes und des Lammes ausgehende Strohm des lebendigen Wassers, und das Holtz des Lebens mit seinen Früchten. Apoc. XXII.

PARADISVS IN PARADISO.

Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Gemeinen saget. Wer überwindet, dem will ich zu essen geben von dem Holtz des Lebens, das im Paradieß stehet. Apoc. II. 7. Und er zeigete mir einen lautern Strohm des lebendigen Wassers, klar wie Crystall, der gieng aus von dem Stuhl Gottes und des Lammes, mitten auf ihrer Gassen, uud auf beyden Seiten des Stroms stund Holtz des Lebens, das trug zwölfferley Früchte, und brachte seine Früchte alle Monat, und die Blätter des Holtzes dieneten zur Gesundheit der Heyden. v. 1. 2.

In dieser Lehre steckt ein irrdisch Paradieß
Wer sie behält, der hat das Himmlische gewiß.

Er-



Erklärung.

Wer diese Lehre will in einem Bilde sehen,
Der schau ins Paradieß, allwo ihr vieles gleicht,
An dem Erkäntniß-Baum sieht das Gesetz man leicht:
Denn dieses lehret uns, was gut und böß, verstehen (a).
Der Lebens-Baum heißt uns zur Krafft des Glaubens gehen,
Denn durch den Glauben lebt, wer seine Früchte reicht (b),
Und wie der Nebel da das Land im Steigen feucht,
So hohlet das Gebet uns Seegen von den Höhen (c).
Der Strohm, der überall im Garten sich ergießt,
Bildt Blut und Wasser ab, wenn es von Jesu fließt (d)
Durch

Anmerckungen.

(a) *Durch das Gesetz kommt Erkänntniß der Sünden.* Rom. III. 20.

(b) *Reichet dar in eurem Glauben Tugend, und in der Tugend Bescheidenheit, und in der Bescheidenheit Mässigkeit, und in der Mäsigkeit Gedult, und in der Gedult Gottseeligkeit, und in der Gottseligkeit brüderliche Liebe, und in der brüderlichen Liebe gemeine Liebe. Denn wo solches reichlich bey euch ist, wirds euch nicht faul noch unfruchtbar seyn lassen in der Erkäntniß unsers Herrn Jesu Christi.* 2. Pet. I. 5. 8.

(c) *Wer GOtt dienet mit Lust, der ist angenehm, und sein Gebet reichet bis an die Wolcken.* Sir. XXXV. 20. *Zur selbigen Zeit, spricht der Herr, will ich erhören, und der Himmel soll die Erde erhören, und die Erde soll Korn, Most und Oele erhören, und dieselbigen sollen Israel erhören.* Hos. II. 21. 22.

(d) *Der Kriegs-Knechte einer eröffnete ihm seine Seite mit einem Speer, und alsobald gieng Blut und Wasser heraus.*
Io.

Durch Tauff (e) und Abendmahl (f) zu tilgen unsre Sünden:
Und wann dann dieser Strohm sich in vier Wasser theilt,
Denck ich, wie Tauff und Kelch vier Theil der Welt geheilt (g),
Und tracht in dieser Lehr mein Paradieß zu finden.

Haec ſpeciminis loco placuit adducere. Simili autem modo ad omnia Catechismi verba commentatus eſt, vt adeo hic liber cum magna vtilitate ac iucunditate legatur ab illo, qui & verae pietatis & elegantioris poëſeos eſt ſtudioſus.

MAGNVS de WEDDERKOP.

Virum hunc & re & nomine magnum, atque tam ex ſumma litterarum peritia, quam ex magni magni momenti rebus ciuilibus maxima prudentia adminiſtratis perfectisque, immortalem gloriam conſecutum, quod iis poſſim accenſere, qui in Athenaeo noſtro didicerunt, non parum laetor. Ea enim ſunt huius viri peril-

Io. XIX. 34. *Dieser ists, der da kömmt mit Wasser und Blut, Jesus Christus nicht mit Wasser allein, sondern mit Wasser und Blut.* I. Io. V. 6.

(e) *Gleichwie Christus geliebet hat die Gemeine, und hat sich selbst für sie gegeben, auf daß er sie heiligte, und hat sie gereiniget durch das Wasserbad im Wort.* Eph. V. 26.

(f) *Das Blut Jesu Christi, des Sohnes Gottes, macht uns rein von aller Sünde.* I. Ioh. I. 7.

(g) *Derselbe ist die Versöhnung für unsere Sünde, nicht allein aber für die unsere, sondern auch für der gantzen Welt.* I. Io. II. 2. *Durch seine Wunden sind wir geheilet.* Es. LIII. 5.

perilluſtris merita, quae maximis dudum praeconiis dignisſima iudicata. Natiuitatem eius ſibi gratulatur, & merito gratulatur, ciuitas Huſumenſis, in qua an. 1638 litteris & bono publico natus eſt. Prima doctrinae eius ſemina ſparſa ſunt in ſeminario patrio ab illis, quos ſchola Huſumenſis iſto tempore habuit praeceptores; Scientiae amplificandae cauſa noſtri Athenaei doctoribus, in primis *Henrico Bangerto*, Rectori, (cuius vnicus forſan ſuperſtes eſt diſcipulus) committebatur. *Cum in patria ſchola*, inquit B. Sam. Reyherus in Hiſtor. Iur. p. 257, *prima didiciſſet rudimenta, Lubecam miſſus, vltra quinquennium illud frequentauit Gymnaſium & artium liberalium fundamenta ſub Bangerto iecit.* Ad Academica ſtudia feliciter tractanda rite praeparatus, Helmeſtadium eſt profectus. Conſumtis ibi aliquot menſibus, adiit Ienam, quae Eum per integros tres annos vidit ad magnam eruditionem ſtrenue contendentem. Hoſpitem nanciſcebatur *Erhardum Weigelium*, Mathematicum longe celeberrimum, quo in Matheſi praeceptore vſus eſt, ſicut reliquorum Philoſophorum ſcholas non neglexit, ſed magna potius diligentia viſitauit, prudenter iudicans, verum ICtum ac Politicum debere his quoque ſtudiis eſſe imbutum. Inter ICtos adhaeſit praecipue *Io. Strauchio*, cuius, vt & aliorum, auſpiciis praeclarisſimam iuris ſibi acquiſiuit cognitionem. Anno 1661 commutauit Salanam cum Heidelbergenſi Academia, in qua per biennium ita vixit, vt nihil omitteret eorum, quae ad augendas

litte-

litteras poterant vllo modo pertinere. Optime quoque intellexerat, magnum ex peregrinationibus recte institutis commodum ad amplificandam tam eruditionem, quam ciuilem prudentiam, redundare. Quamobrem Galliam & Italiae partem perlustrabat, cuncta sapientissime obseruans, quae insigni vsu se commendant. Reuertebatur autem Heidelbergam, eandemque tanta illustrabat gloria docendo, quanta in ea laude didicerat. Maximo honore defendebat doctissimam *Disputationem de Incertitudine Iuris & Remediis ad illam*: summo cum applausu docebat suffectus in locum *Reinholdi Blumii*, ad Vice-Cancellarii dignitatem euecti, munus Professoris Iuris publici & feudalis consecutus. Magnum hoc lumen patriae fata non inuidebant. Occasionem, cuius beneficio Holsatia tantam consequeretur felicitatem, suppeditabat legatio. qua Noster a CAROLO LVDOVICO, Electore Palatino, an. 1668 mittebatur ad Serenissimum Holsatiae Principem CHRISTIANVM ALBERTVM, qui de eius summa eruditione, maxima, quae ad res ciuiles administrandas requiritur, prudentia & aliis virtutibus certior factus, Eum sibi asseruit, & an. 1669 ad ius in Academia sua publice docendum vocauit. Paruit Principi, ac d. 5. Iul. solemni Oratione *de Moralium Corporum Vnione* demandatam sibi Codicis Professionem auspicatus est, dignissimus magni ICti, *Henrici Michaelis*, qui ad ornandam Syndici primarii spartam concesserat Lubecam, successor. Profuit docendo: profuit scriben-

ſcribendo: profuit ſaluberrima conſilia ſubminiſtrando. Vnde etiam in puluere Academico non conſenuit, ſed ad Aulicum ſplendorem fuit pertractus, & variis illuſtribus honoribus conſpicuus euaſit. Reyherus l.c. p. 256 eos ſic recenſet: „Magnus de Wedderkop, ICtus, olim Hei„delbergae Feudalis & Publici Iuris Anteceſſor, „poſtea in Vniuerſitate Kilon. Anteceſſor & Co„dicis Profeſſor, paulo poſt Capitulo, vt & Dn. „Epiſcopo Lubecenſi, nec non duobus Regenti„bus Ducibus Slesuico-Holſaticis, nempe Dn. „CHRISTIANO ALBERTO, & Dn. FRIDE„RICO IV glorioſae mem. a Conſiliis; nunc „vero Sereniſſimi tertii Ducis Dn. CAROLI „FRIDERICI, quem ſupremum Numen „tueatur, Slesuico-Holſatici Conſilii Intimioris „Praeſes, Praefectus in Tremsbüttel, Capituli „Lubecenſis Canonicus, Dynaſta in Steinhorſt, „Tangſtede, Magnuswort, Meusling, Seegar„den.„ Nobilitas Eius etiam an. 1683 ab Auguſtiſſimo Caeſare eſt renouata (maiores enim Ipſius nobili genere ſunt prognati) &, vt ad omnes ipſius Liberos ac Poſteros propagetur, honorificentiſſime confirmata. Addi debet munus Curatoris Academiae Kilonienſis, ob quod Noſtrum magnopere laudat Cl. Andr. Ludou. Kœnigsmannus in Maecenat. Slesuici & Holſatiae Monument. Pietat. pag. 31 his verbis: *Eſt hodie* Magnus a Wedderkop, *maximis non ſolum in hunc Pindum meritis, ſed & ſuis virtutibus dotibusque extra controuerſiam magnus, primus hodie Principis amicus, perpetuusque cum magnifico viro,*

viro, Henr. Muhlio, *huius Academiae visitator, tanto fastigio suffragantibus cunctis dignissimus: cuius etiam nunc denuo susceptis pro salute rei litterariae, tum in Academia, tum in Gymnasio ingeniorum percolendae, saluberrimis consiliis vt annuat Deus, quo iis successus respondeat toti Cimbriae salutaris atque fructuosus, religiose precor.* Praedicantur ergo, & iure praedicantur Eius merita in rem litterariam. Sed non minus sunt illustria Ipsius merita in rem ciuilem. Longum foret, hic enarrare, quod ad Comitia Circuli Saxonici, ad Reges Septentrionales, ad Electores, ad Principes fuerit saepius Legatus, rebus tam feliciter, quam prudenter expeditis domum reuersus. Tria tantum producam illustria maximorum Illius meritorum ciuilium documenta. Primum dat Pax Nouiomagensis, in qua, cum an. 1677 ablegatus esset in Belgium, Principis sui commodis ita prospexit, vt gloriam inde magnam sibi conciliauerit. Alterum peti potest ex Altonauiensi Tractatu, cui an. 1688 & 1689 Principis nomine interfuit. Tertium denique suppeditat Pax Travendalensis, an. 1700 facta, ad quam missus primarius Legatus res suas adeo eximie egit, ut tum permultas aliorum gratulantium voces audiret, tum praecipue B. Io. Frid. Mayeri, in Dedicat. Dissertatt. Vtrum Fata Religionum, Regionum & Vrbium dependeant ab Astris? Hamb. 1700. 4. hac eum ratione allocuti: *Dum restaurata inter potentissimum Danorum Monarcham, Serenissimumque nostrum Principem pace desideratissimum Kilonium repeto, prius Te, Vir perillustris, adire*

me

me iubet religio. Tuis etenim consiliis, sollertia, Tua in Principem fide, in patriam pietate, Numine summo studiis tuis benedicente, & Summarum Potestatum Legatis excellentissimis in laborum partem vocatis (ferentibus etiam opem maximam) effectum est, vt FRIDERICI MAGNI, magna illa Christiani orbis Numina, mutuo se complectantur amore, Cimbria soluta sit metu, leuata suspiriis, expedita terrore, via ad Kilonienses Musas pateat tuta, atque summa rerum omnium tranquillitas doctores in cathedras, ad subsellia iuuenes in spem posteritatis surgentes inuitet. Sunt praeter haec alia in Eo valde laudanda. Laudandus est Eius animus tam generosus, quam patiens, quo an. 1709 d 21 Dec., versa sub ipsum vertentis solis tempus ipsius fortuna, intrauit carcerem, e quo non sine magno honore an. 1714 egressus est, expertus tandem infensissimum, quo pressus fuerat, hostem e viuis morte violenta sublatum, se viuo, florente & in antiquum gloriae ac honoris locum restituto. Laudandum est, quod in honorem summi Numinis in Templo nostro Cathedrali an. 1696 exstrui iusserit suis sumtibus Altare, de quo Auctor Travels through Denmark 1702. p. 411 recte scribit: *The Altar is new and very magnificent*, quamuis sequentia eius verba ostendant, quod Altare hoc non accurate considerauerit descripseritque. Leguntur in eo isthaec verba:

IN DIVINI NOMINIS GLORIAM MONVMENTVM HOC SACRVM ESSE VOLVIT

MAGNVS A WEDDERKOP.

Laudanda est Eius in tanto fastigio humanitas, quam demiratur etiam celeberrimus Fabricius in Dedicat., qua Ei Librum IV Bibliothecae Graecae consecrauit. Laudandus est Eius incredibilis erga litteras earumque cultores amor, qui elucet ex nonnullis iam allatis: elucet ex consiliis doctorum conatuum promouendorum causa datis, ad quae refero, quod V. C. Io. Burch. Maius in edit. nouiss. libelli Morhofiani de Conscribend. Epistol. p. 8 docet, suasu Eius hortatuque de *Christophori Forstneri Epistolarum*, multa ciuili prudentia refertarum, editione dudum esse cogitatum: elucet quoque ex Ipsius scriptis, quae de excellentissima, qua gaudet, iuris scientia abunde testantur. Sunt autem

De Fructibus & eorum Acquisitione. Kilon. 1670.

Obseruationes Theoretico-Practicae a titulo III *ad tit.* VIII *Lib.* I. *Institution.* a. e.

De Inrotulatione Actorum. 1671.

Ad Legem vnic. C. de Famosis Libellis. a. e.

De Quaestionibus I*mperatoria Decisione dignis.* 1672. Eleganti hoc scriptum ornauit Carmine Morhofius, dum ita cecinit.

Nodorum satis est in arte iuris,
Praestans legiferae Deae sacerdos,
Sunt magni veteresque, sunt minuti,
In laevi sibi quos subinde scirpo
Tricator vafer & sophista quaerit.
Decidit bene, qui recidit illos
Gordios retegens at ipso nodos
Ipsis irresolubiles Magistris,

Hinc

Hinc insigne refers, Amice, nomen,
Et quos Tu calamo notas sagaci,
Pellaei Ducis instar, Imperator
Astraeae secat vnus ense nodos.

Vid. Morhof. Opp. Poetic. pag. 224 sq.

De in Ius vocando & Citatione. a. e.

De Infamia. 1673.

De Collatione Bonorum. a. e.

De Transmissione Haereditatis. a. e. Est haec Disputatio Inauguralis *Henrici Balemanni*, de quo vid. Athen. P. I. pag. 232 sq.

De Moratoria praescriptione. 1675.

IOACHIMVS WOLTERS.

Vir hic insignibus meritis inclytus patrem veneratus est PETRVM WOLTERS, Pastorem Warderanum & Segebergensis Consistorii Assessorem, filium IOANNIS WOLTERS, Ciuis ac Mercatoris primarii Lubecensis, ac matrem CATHARINAM KOLLEN, quibus an. 1672. d. 10 April. auspicato prognatus est. Horum etiam parentum cura adoleuit, maiora semper incrementa capiens virtutum pariter ac litterarum. Vtrasque in Athenaeo nostro (quod an. 1689 d. 24 Octobr condecorauit in Actu Oratorio publico *de Libertate*, *re omnium pessima* pro concione eleganter dicendo), in Salana Academia & aliis in locis felicissime auxit. Iuuat hic producere testem idoneum, Virum & reuerenda dignitate & eruditione clarissimum *Nicolaum Petrum Sibbern*, Pastorem Glückstadiensem;

ſem, in ſcripto, cui titulus: *Der Schleunige Todt, als eine beſondere Wolthat Gottes vor hochverdiente und fromme Leute*, quo Noſtro parentauit, pag. 22 ſq ſcribentem: *Nachdem er anno* 1688 *der Aufſicht eines berůhmten Rectoris, Suantenii, ůbergeben, und von demſelben ad priorem Claſſem im Gymnaſio zu Lůbeck promoviret worden, ſo brachte es der Wolſeelige daſelbſt in zweyen Jahren durch unermůdeten Fleiſs im Studiren dahin, daſs er Anno* 1690 *tůchtig erklåret ward, die hohen Schulen mit Nutzen zu beſuchen. Und nachdem er unter dieſen die weitberůhmte Vniverſitaet Jena vor andern erwehlet und daſelbſt in Philoſophicis den grůndlichen Hebenſtreit und Schmidium, in Phyſicis den erfahrnen Poſnerum, in Theologicis den groſſen Baierum und Goetzium, in Matheſi den unvergleichlichen Weigelium und Hambergerum, in Hiſtoricis den beleſenen Schubartum, in Iure aber den unſterblichen Lynckerum in die viertehalb Jahr gehôret hatte, brachte er, nachdem er die Kayſerliche Reſidentz-Stadt Wien, das Kayſerliche Cammer-Gericht zu Wetzlar und andere Teutſche Hôfe frequentiret hatte, ſo viele Schåtze geſammleter Gelehrſamkeit mit ſich nach Hauſe, daſs ein ieglicher ſogleich dieſe billige Vermuhtung faſſete, er wůrde in unſerm Vaterlande gar bald einen hochverdienten*

ten

ten Mann abgeben. Prima virtutis documenta dedit anno 1696, quo Vir excellentisſimus *de Lentbe*, Conſiliarius Intimus, Berolinum Legatus mittebatur, qui Noſtro Secretarii Legationis munus demandauit. Hoc cum egregie obiiſſet, a potentisſimo Daniae Rege an. 1697. d. 18 Octobr. Secretarius & Archiuarius Regii Regiminis, quod Glückſtadii eſt, conſtituebatur, ad quae munia adeo fuit aptus, eademque tam bene adminiſtrauit, vt a Sibbernio pag. 24 honorificis *Archivi viui & Cancellariae ambulantis* nominibus ſit inſignitus. Amplificatus hac fide, peritia, induſtria Regius fauor ſplendida porro Conſiliarii Cancellariae atque ſupremi Regiminis Glûckſtadienſis, & tandem Iuſtitiae munera Ei conciliauit. Omnibus ita eſt functus, vt illa an. 1719. d. 7 Iul. repentina morte deponens, laudem pii, docti, religioſi Politici reliquerit. De ſtudio inprimis pietatis plane ſingulari & nunquam ſatis laudando legi hic meretur luculentum teſtimonium laudati Sibbernii l. c. pag. 20 ſq: *Er gab von Jugend auf durch die gantze Zeit ſeines Lebens eine beſondere veneration vor GOtt und göttliche Dinge von ſich zu erkennen, und wie er wol wuſte, daß die rechte und wahre Frömmigkeit in einem lebendigen Erkentniß und reinem Dienſte Gottes beſtünde, ſo hat er in beyden ein recht ſonderbahres Exempel geben wollen. Dann die, die ihn genauer zu kennen in ſeinem Leben das Glück gehabt, werden freywillig bekräfftigen, wie ſie iederzeit eine gar beſondere Liebe, vom Worte GOttes zu reden, und GOtt mit Ernſt und Eyfer zu Hauſe und in der Verſammlung zu*

 dienen,

dienen, an ihm gespühret. Und wie der Herr denen, die ihn und sein Zeugniß lieben, die Geheimnisse seines Reiches offenbahret, so hatte auch GOtt durch die Erleuchtung seines Geistes ein gar vortreffliches und ungemeines Erkentniß vom Worte der Warheit in dem Wolseeligen geleget, welche hohe Gabe er denn dadurch vor andere in sich mehrete, daß er keinen eintzigen Tag, ich sage mit Warheit, keinen eintzigen Tag vorbey gehen lassen, an welchem er nicht über Gottes Wort einige tieffsinnige Reflexiones gemacht, und selbige iedesmahl mit Beysetzung des Dati zu Papier gebracht. Und ich kan davon mit desto mehrerer Warheit rühmen, da ich selbst die in denen letzten Tagen seines Lebens gemachte gottseelige Gedancken schrifftlich in meinen Händen habe, worinnen ich sonderlich von der Religion, von dem Unterscheide der Frommen und Gottlosen, vom Nahmen JEsu, vom Reiche Christi in dieser Welt, vom Predig-Ampt, vom Unterscheid der Menschen, von dem innerlichen und äusserlichen Menschen, vom Gewissen, und so ferner, solche Geist-reiche, tieffe und Gottseelige Meditationes finde, daß ich ohne Furcht des Wiederspruchs, oder Heucheley sagen kan, es habe eine gantz besondere und seltene Frommigkeit in seiner Gottseeligen Seelen ihre Behausung gehabt.

SECTIO

SECTIO II
EXHIBENS
THEOLOGOS.

CHRISTIANVS BRAEMERVS.

GAudium excitauit parentibus *Friderico Braemero*, ciui atque mercatori Lubecensi, & *Catharinae*, filia *Bartoldi Boisacci*, quum an. 1635 in hac ciuitate prodiret in lucem. Parentibus priuatus, cum ex ephebis nondum excesſiſſet, a fortuna modo huc, modo illuc iactatus eſt. Vixit aliquandiu Flensburgi, inque Schola publica didicit: translatus eſt deinceps Hafniam: inde venit Luneburgum: tandem vero an. 1654 patriam reuiſit. In hac *tanta*, vtor verbis B. Hect. Godofr. Maſii in eius Memoria ap. ſumme reu. Pippingium in Triad Decad. p. 1453, *excitatus voluptate & ſolertia patrios doctores audiuit, quanta iuueni in vſu patriae omni ſpe ac opera enitenti decentisſima erat, vſus ſalutaribus ibidem praeceptis clarorum virorum Bangerti & Tribbechouii, ſub quorum curis mouit adeo & promouit feliciter, vt an. 1656 conſultum duxerit artes Wittenbergenſes acuto & perſpicaci animo luſtrare.* Neque Wittenbergae ſolum, ſed Ienae etiam ac Lipſiae ſtudiorum cauſa commoratus.

Lustrato deinceps Belgio rediit in Daniam, & Hafniae an. 1662 Diaconus Petrinus, an. 1663 Philosophiae Magister, an. 1670 Pastor Petrinus creatus est. Quanta cum laude haec munia vsque ad an. 1701, quo migrauit e vita, administrarit, docent, praeter alia, hi versus a laudato Masio effigiei ipsius subscripti:

So hat des Künstlers Hand den wehrten Mann geetzet,
Der Treu und Redlichkeit, der Geist und Eyfer hat,
Der GOttes Ehr und Lehr zu seinem Ziele setzet,
Ein recht Nathanael, ein Lehrer in der That;
Der selbst des Thabors Glantz noch klärer macht auf Erden,
Wird wie des Himmels-Glantz selbst droben leuchtend werden.

Alludit Masius ad Braemeri scripta, quae sunt:

Arbeitender Christ und Kürtze menschlichen Lebens. Ratzeb. 1680. 12. Copenhag. 1696. 12.

Himmels-Gedancken, verfasset auf dem Berge Thabor, über die Historie von der Verklärung Christi. Copenhag. 1690. 8.

Plura, nobis non visa, illum edidisse, patet ex his Masii verbis l. c. pag. 1455: „Vt vero simul „constet, sanctissimis Beatum meditationibus „vacasse, si quid forte otii rariora sacri ministe„rii interualla permitterent, monemus, in vi„ta sanctum, in doctrina sincerum verbi diuini „praeconem variis ingenii & eruditionis foeti„bus inclaruisse, e quibus sat binum nominas„se libellum, vnum nempe, cui titulum fecit: *Labo-*

„*Laborans Christianus*, alterum, quem inscripsit „*Cogitationes Coelestes de Monte Thabor*, tacemus rudimenta pietatis Germanica pios oppido iuvantia, de his libris tanto nobis dicendum „parcius est, quanto liberius ad viuam & facundam auctoris vocem prouocari possit.

CHRISTIANVS FVNCK.

Celebrem hunc Theologum ipsa alma Lubeca nostra filiis suis accenset. Lucem enim in hac imperiali ciuitate an. 1659. d 8 April. aspexit, parentesque *Hans Funck*, ciuem integerrimum, & *Catharinam Nicolai* nactus est. His licet mature admodum orbaretur, eum tamen expertus est diuinum fauorem, vt nunquam subsidia ad prosequenda studia litterarum necessaria ipsi deessent Multa refert accepta Scholae nostrae, cuius classes omnes, laudando valde exemplo, peragrauit, Praeceptoresque veneratus est *Andr. Lüderum, Ioach. Schevium, Iust. Tribbechouium, Dan. Lippium, Sam. Franckium*, Cantorem, *Dav. von der Brügge*, Subrectorem (cuius auspiciis aliquot Orationes metri legibus adstrictas habuit), *Ioan. Polzium* ac *Martin. Lipenium*, Conrectores & *Abrah. Hinckelmannum*, Rectorem. Multa vero etiam adscribit aliis, quorum beneuolentia particeps factus est stipendiorum, quibus instructus studia Academica potuit tractare. *Von dem Väterlichen Gymnasio*, ita scribit ipse animo gratissimo & Lubecensis salutis cupidissimo, in Epistola humanissime ad me perscripta; *bin ich A.* 1681 *im Frübling nach*

Rostock verreiset, und weiß ich meiner lieben Vaters-Stadt, und insonderheit den damahligen Gönnern darin, so lange ich athme, beständigen Danck, daß Sie mit verschiedenen Stipendiis meine Academischen Studia befodert haben, GOtt seegne das gute Lübeck, und mache fest die Riegel seiner Thore! Er erhalte die schöne Stadt im Wolstand, und seegne ihre Kinder darinnen! Rostochii sedulus fuit celeberrimorum virorum *Varenii, Siricii, Schomeri, Wolfii, Quistorpii, Seligmanni, Sumtenii* auditor. Addidit his *Arnold. Päschium*, qui ipsi priuatim viam ad Theologiam pariter ac Philosophiam commonstrauit. Anno 1684 reliquit Rostochium, non sine nutu diuino in Comitatum Oldenburgicum profectus. Commoratus enim in hoc Comitatu tres circiter annos, quos consumsit partim in sanctiori dicendi arte se exercendo, partim bonae indolis filios formando, an. 1687 a Serenissima Principe SOPHIA CATHARINA, vltimi Comitis Oldenburgici & Delmenhorstani DN. ANTONII GVNTHERI Vidua, Concionator Aulicus fuit constitutus Quam spartam cum per quinquennium fere ornasset, & Principi suae, cuius erga nostrum fauor cum vita ipsius demum expirauit, apprime placuisset, an. 1692 a Senatu populoque Auricensi communibus suffragiis Symmysta electus, & a Serenissimo Frisiae Orientalis Principe confirmatus est. Paruit vocantibus, quum diuini quid subesse animaduerteret, aegre licet a Principe sua dimissus. Aurici quoque per aliquot annos, socium laboris nactus *Franc. Albert. Nesselium*, munus

nus Concionatoris Aulici administrauit. Tandem an. 1697 euectus est ad Pastoris Senioris dignitatem, quam hodieque non sine laude ornat, zelo pro sana doctrina & meritis in Theologiam puriorem dudum insignis, hominum etiam sacram doctrinam, quae sincera est, corrumpentium impetu tentatus. De vtilitate, quam ex his aduersis cepit, ita ipse ad me scripsit: *Unter allen Verdrießlichkeiten, die mich GOtt, Zeit wehrenden, nunmehro mehr als 32jährigen Ampt, so wol der ungescheueten Warheit, als reinen Lehre wegen, erfahren lassen, ist diß allewege meine grössette Freude gewesen, daß GOtt mir stets zur Seiten gestanden, und in allem glücklich durchgeholffen, auch mir armen die Gnade verliehen hat, die reine Lehre der unverfälschten Augsp. Confess., ob sie gleich ihre Anfechtungen gehabt, dennoch unverrückt beyzubehalten. Die Worte Jerem. c. XVII. 16, 17 sind mir immerdar vor Augen und im Hertzen gelegen. Sonsten hat mir der Herr auch darin grosse Gnade erwiesen, daß er mich, da ich im Studenten-Stande fast immer kräncklich gewesen, Zeit daurenden Predig-Ampts gesund erhalten hat, daß ich mit desto bessern Gemüths- und Leibes- Kräfften allen Wiederwärtigkeiten entgegen gehen können. Ja die vielen Tribulationes in meinem Ampte haben mir dazu dienen müssen, daß ich mit außwertigen vornehmen Theologis, e. g. Herrn D. Schelwig in Dantzig, Herrn D. Neumann in Wittenberg, Herrn D. Kahler in Rinteln &c., bin in Kundschafft und Correspondence gerathen.* Ad ea, quibus vir optimus fuit afflictus, pertinet etiam praematurus obitus Filiae praestantissimae indolis,

dolis, CHRISTINAE CHARLOTTAE, Virginis, tum alias artes ac ſcientias, tum in primis Ebraeam linguam egregie callentis, quae anno aetatis viceſimo mortua eſt, cum in lectione codicis Ebraei vsque ad ſecundum Samuelis librum eſſet progreſſa. Scripta, quibus innotuit Noſter, ſunt

Die Poëtiſche Leidens-Cypreſſen über die allerheiligſte Trauer- und Mord-Geſchichte des Erlöſenden Menſch-Gottes. Oldenb. 1686. Tota hic Paſſionis Hiſtoria carminice eſt expoſita, adiunctaeque ſunt eidem piae meditationes.

Entdeckung der Kennzeichen einiger Neulinge, die unter dem Schein der Gottſeeligkeit ſich bey den Gemeinen heutiges Tages einzudringen pflegen. Brem. 1698. Hoc ſcripto ſe tactum eſſe credebat Enno Rudolphus Brenneiſen, I. V L., tum temporis Aduocatus Fiſci, hodie Vice-Cancellarius, dum priuata conuenticula, a Noſtro rectisſime reiecta, habebat. Aggrediebatur igitur Noſtrum ſic dicto *Abgenöthigten Schreiben*, contra quod prodibat

Abgenöthigte Andtwort auf H. Lic. Enno Rudolph Brenneiſen, Hoch-Fürſtl. Oſtfrieſiſchen Aduocati Fiſci, Un-Abgenötigtes Schreiben, welches er wieder ihn drucken laſſen, wegen ſeiner Schrifft von denen Kennzeichen einiger Neulinge. Embd. 1698. 4.

Eine in 2 Briefen verfaſſete Ablehnung, ſo wol des ungebührlichen und unprieſterlichen Unternehmens, als auch der unwahren Beſchuldigungen M. Enn. Lamberti. 1705. Hunc Ennonem Lamberti Noſter anno circiter 1698 nactus eſt Collegam.

gam. Hic vero ſtetit a partibus Brenneiſenii, Dippeliana aliaque fanatica dogmata pro ſacra concione defendit, tandemque Noſtrum ann. 1705 die Pentecoſtes publice prouocare auſus eſt. Quare Noſter non poterat non hoc ſcripto diuinam veritatem & ſuam famam tueri. Quo autem ſimul oſtenderet falſitatem doctrinarum ab aduerſario propoſitarum, contrariantium diuino verbo, Symbolicis libris, dogmatibusque in ſcriptis Lutheri, Arndii, Gerhardi, Mülleri &c. defenſis, vno eodemque tempore ab ipſo euulgabatur

Erörterung einiger Theologiſchen Fragen. 1705. 4.
Quaeſtiones, numero ſex, ſunt 1) *Ob die Liebe zu GOtt des Glaubens-Grund und Anfang, ja das erſte ſey, worauff unſer Glaube und gantzes Chriſtenthum ſoll gebauet werden?* 2) *Ob falſche Propheten ſeyn, nicht diejenigen Lehrer, die irrig lehren, ſondern übel leben?* 3) *Ob es wahr, daß der äuſſerliche Beruff zum Predig-Ampte nichts ſey?* 4) *Ob allein die Erkäntniß Chriſti der eintzige wahre Beruff der Lehre ſey?* 5) *Ob das Wort GOttes, wenn es von einem Prediger gelehret wird, in deſſen Hertzen es ſelbſt nicht kräfftig worden iſt, auffhöre Gottes Wort zu ſeyn, ſo daß er in der That kein Wort GOttes predige?* 6) *Wann GOttes Geiſt nicht einem Prediger jedes Wort in den Mund leget, ob alsdann dasjenige, was er prediget, unkräfftig, und nur ein geſtohlnes Wort ſey, wenn er ſchon die Buchſtaben der H. Schrifft noch ſo gut verſtünde, und lauter Schrifft redete, auch die ſchönſten Bücher imitirte, oder*

der gebrauchte? Ad omnes has quaestiones adhibitis idoneis rationibus negando respondetur. Recensent scriptum hoc Clariss. Auctores Relatt. Innoxiar. 1707 pag. 654 sqq, simulque scriptorem promeritis ornant laudibus. *Der Hr. Auctor*, aiunt p. 654, *hat durch verschiedene Schrifften seinen Eyfer für die reine Evangelische Warheit schon rühmlich dargethan.* Et pag. 656: *Uber dieses alles findet man auch hin und wieder die scheinbarste Einwürffe der Gegner wol beantwortet, und verschiedene merckwürdige Sachen aus der vorigen und ietzigen Kirchen-Historia mit eingemischet. Das gantze Werck gibt Zeugniß von der guten Erkäntnüß des Hn. Auctoris in Theologischen Sachen, wie auch von dessen unermüdeten Fleisse in Erforschung und Verthädigung der Warheit. GOtt seegne ferner dieses Christlichen Lehrers wolgemeinte Arbeit!* Hoc & ego ex animo opto. Ceterum non quieuit Lambertus, sed consignauit scriptum mendaciis, negationibus ac detorsionibus repletum, quod *Kurtze Abfertigung* vocauit. Vix autem absoluerat hunc laborem, quum repentina morte corriperetur. Neque tamen supprimebatur scriptum hoc, sed post illius obitum luce donabatur. Falsis, quae in illo deprehendebantur numero haud exiguo, narrationibus, a Nostro extorquebatur

Der Nichtige Schirm und die falsche Zuflucht M. Enn. Lambertii. 1706, quo scripto odiosae huic rei imponebatur finis.

Poëti-

Poëtische Andachten über die Kern- und Denck-Sprüche, so in den gewöhnlichen Sonn- und Fest-Täglichen Evangelien und Episteln enthalten. Hamb. 1713.

Das Erneuete Gedächtniß der Prediger in Aurich, die von der Zeit der Reformation her biß auff den heutigen Tag allda das Evangelium geprediget haben. Oldenb. 1717 8. Edidit occasione secundi Iubilaei donauitque simul Auricensibus Tabulam memorialem, in templo conspicuam, in qua series Pastorum cum annis officii. Prolixa ex hoc libello excerpta leguntur in Relatt. Innox. 1717. pag. 887-893. Bibliothec. Bremens. Historico-Philologico-Theologic. Class. I. Fascic. I. p. 160-166.

Historischer Bericht von der Allerheiligen Flut, die An. 1570 viele Oerter und Länder überschwemmet hat. Hoc scriptum annexum est generi ipsius *Io. Christiani Hekelii*, Pastoris Resterhavensis, similis argumenti libello, hac inscriptione edito: *Beschreibung der beyden grossen Wasser-Fluten in Ostfrießland und andern Orten, von An.* 1717 *und* 1718. Halle. 1719.

Scripta, quae elaborata & prelo parata asseruat, sunt

Chronica der Stadt Aurich, worin die Denckwürdigsten Begebenheiten, die von alten Zeiten her, so wol vor, als bey der Hochgräff- und Fürstlichen Regierung vorgefallen, beschrieben sind. Est vastum primae magnitudinis volumen, VI Tomis constans, Libris XVIII distinctum. Praeter

alia

alia memorabilia, diligenter enarrata eſt Hiſtoria Reformationis Friſiae Orientalis, turbarumque, quas Caroloſtadius in hac provincia excitauit.

Der Oſtfrieſiſche Regenten-Stab, von Wem, und Wie er von Alters her geführet worden. Hoc opere complexus eſt Vitas Comitum & Principum Friſiae Orientalis.

Das Erneuete Gedächtniß aller Oſtfrieſiſch. General-Superint. und Hoff-Prediger. Has Vitas ſe exhibere poſſe, ipſe indicauit in Memor. Miniſtror. ſacror. Auric. pag. 80.

Poëtiſche Sabbaths-Gedancken über die Sonn-und Feſt-Täglichen Evangelia.

Poëtiſche Sieges-Palmen über die Freuden- und Triumph-Geſchichte des erlöſenden Menſch-Gottes. Decantatur hic poëtice Hiſtoria Reſurrectionis & Aſcenſionis Chriſti, itemque Effuſionis Spiritus Sancti.

IOANNES HVDEMANN.

Extat in honorem eius Laudatio funebris M. Petr. Maſii, Paſt. St. Margaret. hac inſcriptione conſpicua: *Nummophylacium Hudemannianum, oder der Hudemanniſche Alter-Geld-Müntz-und Pfenning-Schatz, bey Chriſtl. Leichbegängniß Hn. Johannis Hudemanns, wolmeritirten treufleiſſig-geweſenen 17 jährigen Paſtoris zu Borßfleth, und des Königl. Münſterdorffiſchen Conſiſtorii Adſeſſoris, wie auch bey der gelehrten Welt bekant-und weitberühmten Antiquarii, der am 30 April 1696 abgeſchieden* &c. In quo ſcripto, Glückſtadii in fol. edito, pag. 12 memoratur,

tur, quod natus sit an. 1647. d. 28 Maii, patre *Ioanne Hudemanno*, Praesule supremo (quem Generalem Superintendentem vocant) Slesuico-Holsato, Praeposito Consistorii Münsterdorfensis, Segebergensis & Pinnenbergensis, ac Pastore primario Crempensi. Pag. 13 sq vita eius scholastica hoc modo delineatur: *Seine Eltern haben, da mit den Jahren der Verstand sich vermehret, und eine sonderliche inclination zum Studiren und Erlernung freyer Künste und Sprachen an selbigen verspühret, nichts ermangeln lassen, was zu Erlangung ihres Kindes rühmlicher intention gereichen mögte, indem sie ihn nicht allein biß ins 17de Jahr bey sich in der Crempe unter des Seel. Herrn Rectoris Ottensen information in latinitate & humanioribus treulich anweisen, und also zu seinem Studio einen guten Grund legen lassen, sondern auch zu Fortsetzung seiner bereits wol angefangenen Studien Anno 64 den 22 April. nach Lübeck ins Gymnasium verschicket, da er dann ebenfalls biß ins dritte Jahr des Seel. Hn. M. Bangerti und Hermanni Nottelmanns, als pro tempore Rectorum, manuduction in Studiis gebrauchet, und der Gottes-Furcht fleissig obgelegen, auch solche progressen durch göttlichen Beystand gethan, daß er darauff, nach gehaltener publiquen Oration* de peruerso Studiorum ordine, *cum applausu doctorum virorum, im 1667 Jahr in der Wochen vor Pfingsten im 20sten Jahr seines Alters, nach der berühmten Universität Rostock verschicket.* Pag. 16 sq recensetur vita eius Academica Rostochii, Vltraiecti & Lipsiae non sine commodo acta, referunturque munera ipsius, an. 1673 Pastoris Abbehusani & an. 1679 Pastoris

Borsſflethenſis in Holſatia creati. Celebratur in primis ob collectum Nummophylacium, de quo Maſius p. 8: *Sein vorhandenes curieuses Nummophylacium, welches er in der Historischen Ordnung nach allen Saeculis eingetheilet, und aus 1064 allerhand Sorten, güldenen, silbernen, metallenen, raren alten Pfenningen bestehet, gibt ihn den Ruhm, daß das Werck den Meister lobe.* Pag. 19: *Ohne denen vorhandenen Original-Müntzen ist eine grosse Quantität Copeyen, Abschrifften, in richtiger Ordnung bey seinem Nummophylacio, als ein Appendix, vorhanden.*

STEPHANVS IEBSEN.

Nepos celeberrimi quondam Theologi Stephani Clotzii, natus eſt Rendesburgi an. 1651, patre M. *Ioanne Iebſen* (13), Paſtore & Praepoſito Rendesburgenſi meritisſimo, poſt mortem etiam, qua an. 1675 abreptus, ob vitae integritatem & muneris religioſam adminiſtrationem laudato, qui *Euam*, Clotzii filiam, in matrimonium duxit. Relicta patria Flensburgum, a laudato auo ſuo vocatus, adiit, vbi etiam per aliquod temporis ſpatium in ſchola publica inſtitutione *Caroli Schröderi*, Rectoris, & reliquorum Collegarum vſus eſt. Anno autem 1668 miſſus eſt Lubecam, vt, praeter alios, *Nottelmannum* audiret, atque hac ratione litteras ſuas au-

(13) Extat eius ſcriptum eruditione ſacra refertum hoc titulo: *Troſt-Stecken für Chriſtliche Wittwen und andere Frommen aus Pſ. XXXIV. 5. 6. 7 bey der Leich-Beſtatung Fr. Abel von Stöcken vorgeſtellet.* Ratzeb. 1665. 4.

augeret, quas etiam ſenſit exoptata cepiſſe incrementa, quum an. 1670 Lubecenſe Gymnaſium cum Lipſienſi Academia permutaret. Huius ciuibus adſcriptus, ductu *Alberti*, *Scherzeri* & *Olearii*, Philoſophica aeque ac Theologica ſtudia ea tractauit felicitate, vt ex cathedra quoque ſelecta ex iis argumenta defendere auderet. Anno 1673 reuiſit patriam, mox autem adiit Regiomontum, indeque anno ſequenti Varſoviam, vbi ſolemnia, quibus Regis electio celebrata, oculis vſurpauit. Hinc per Gedanum, Francofurtum, Berolinum, Wittenbergam iterum ſe contulit Lipſiam, ibidemque aliquandiu commoratus eſt. Viſis deinceps vicinis ciuitatibus & Academiis, patriam repetiit, magno affectus dolore, cum optimum patrem lethali morbo laborantem oſtenderet. Paulo poſt ſedem elegit Flensburgum, & proximo praedio *Adelbylund* ita delectatus eſt, vti Tullio placuit Tuſculanum, Huetio Alnetum, vitam ſuam ibi tranquille peracturus. Quo autem otium ipſius eſſet negotioſum, ſaluberrimo conſilio animum ad ſacrum codicem adiecit, inprimisque dedit operam excogitandae facillimae rationi, qua iuvenes *Harmoniam Biblicam* poſſent percipere. Neque caruit haec opera felici ſucceſſu. Quamvis enim, praeter alia itinera, an. 1684 Belgicum & Anglicum intercederent, multos tamen iuvenes mnemonica ſua docendi ratione ita formauit, vt edere potuerint egregia ſpecimina Biblica, Chronologica, Geographica, quae ſummis viris Kortholto, Morhofio & aliis perplacuerunt.

Sacrum munus effugere eum voluisse, saepius ex ore ipsius, cum Flensburgi essem, atque gratissima eius familiaritate vterer, audiui. Sed nihilominus an. 1693 d. 17 Sept. a Flensburgensibus Symmysta Marianus, & an. subseq. d. 13 Iul. Pastor communibus suffragiis fuit electus. Horas nonnullas subseciuas consecrauit scriptis Clotzianis non editis, euulgauitque

Das Bild oder Gemählde des Leidenden, Verwundeten und Gecreutzigten JEsu, wie eine gläubige Seele in der Fasten-Zeit und sonsten ihr selbst dasselbe fleissig für die Augen mahlen und abbilden soll, in einer Vorbereitungs- und sieben Passions-Predigten hiebevor der Gemeine JEsu Christi zu St. Nicolai in Flensburg vorgestellet von Stephano Clotzio, und nun aus dessen eigenhändig-geschriebenen Predigten hervor gesucht und auf vielfältiges Begehren herausgegeben. Flensb. 1705. 4. In Iebsenii nostri Dedicatione, qua Auditoribus suis hunc librum sacrum fecit, occurrit commemorabilis locus, quo de MSS. Clotzianis, de sorore sua & de se ipso nonnulla docet. Dignum itaque illum iudicaui, quem hic repeterem. Absoluitur autem his verbis: „Es sind die geschriebe„ne Sachen dieses begabten Lehrers (Clo„tzii) mehrentheils auf mich, einen Sohn „von dessen ältesten Tochter, *Eva*, so an den „seel. Herrn *Ioannem Iebsen*, Königlichen Prob„sten in Rendesburg, verheyrathet gewesen, „gekommen, die unter euch noch vor we„nig Jahren eine gutthätige Lydia gewesen, „und in vielen zu erkennen gegeben, was

„Sie

„Sie von ihrem Seel. Vater wie geerbet. „Deren älteste Tochter, meine werthge- „schätzte Schwester, *Catharina Stackin*, seit- „dem unter Euch schon vielfältig zu erken- „nen gegeben, daſs manche in der Gutthä- „tigkeit und Liebes-Diensten ihre Seel. Mut- „ter noch nicht verlohren. Diese hat das „Bild des gecreutzigten Jesu mit ihrer eige- „nen Hand und Farben auf einer künstlichen „Taffel gemahlet, wie von männiglich Ein- „heimischen und Fremden mit besondern „Vergnügen gesehen wird, und in der Kir- „chen (14) aufrichten lassen, darinn die fol- „gende Predigten von ihrem Seel. Herrn „Groſs-Vater auch gehalten, als er den ge- „creutzigten Jesum seinen Zuhörern mit geist- „lichen Farben vor Augen mahlen und für- „stellen wollen, die nun auch hier von einem „ieden können gesehen und gelesen werden. „Ein guter Freund (15) hat darüber nach- „folgende Verse gemacht, so unter der Taf- „fel stehen, die ich deswegen anführe, weil „sie dahin zielen, was ich ietzo berühret:

„*Was Clotzius vorhin im Wort vor Augen mahlte,*
„*Was auch durch Iebsens Mund dort Rendesburg bestrahlte,*

 „*Das*

(14) zu St. Nicolai.

(15) Is est Vir maxime reuerendus *Henricus Brakerus*, Theologus, Poeta, Polyhistor Holsatiae celeberrimus & maximum Flensburgi ornamentum. Seruet hunc Virum diuina benignitas!

„Das hat die Tochter hier mit Farben vorgestellt,
„Die, Herr, ein schöners Bild von Dir im Hertzen hält.
„Du stirbest; Wir mit Dir; Wir leben durch dein Leben.
„Du wirst uns über Welt, Todt, Teuffel, Hölle heben.

„Was aber von den angeregten Schrifften „auf mich kommen, das habe ich nicht für „mich behalten, sondern andern wieder „schencken und mittheilen wollen. Es ist „sonsten wol der Gebrauch, dass man die „geschriebene Sachen von den Eltern ererbet, auf die Kinder pfleget nachbleiben zu „lassen, und scheints, dass der Seel. Mann „sein Absehen auch wol darauf mag gerichtet „haben, indem er viele Kennzeichen, daraus „solches zu schliessen, in seinen geschriebenen „Predigten nachgelassen. Allein, da ich keine Kinder habe, noch im Ehestande gelebet, Ihr aber mich zu Euren geistlichen Vater angenommen, und da ich solcher Sorgfalt und Ambts-Bürde anfangs nach fürgefallener Vacantz bey hiesiger Kirchen zu „entgehen gesucht, mich doch wieder zurück gehohlet, und nach gehaltener Prob-„Predigt, ohngeacht ich die Euch noch bekannte Fürstellung zu meiner Befreyung „gethan, dennoch erwehlet, wofür kan ich „Euch denn nun anders, als meine vielge-„liebte

„liebte Kinder ansehen, denen ich mit mehr „als väterlicher Liebe zugethan zu seyn, mich „schuldig erachte? Und wem kan ich denn „mit besserm Recht diese erste Predigten, so „vor andern ietzt herausskommen, zuschreiben, und zum steten Gebrauch übergeben, „als Euch, meinen wehrtesten Kindern?

IEsum, den Himmlischen Kauffmann, wie er die Menschen, als geistliche Waaren, durch sein Blut erkaufft: in einer Vorbereitungs- und sieben Passions-Predigten vorgestellet von Steph. Clotzio, und nun aus dessen Predigten hervor gesuchet und herausgegeben. Flensb. 1714. 4.

Ipse, vti excolendo studium Biblicum Harmonicum magnam vitae partem vtilissime consumsit, ita publici fecit iuris

Evangelische Geschichte, wie sie von den IV Evangelisten in richtiger Ubereinstimmung nach der Zeit-Ordnung beschrieben, kurtz verfasset und vorgestellet. Flensb. 1714. 4. Probauit se Auctori nostro institutum Andr. Osiandri, Pet. Molinaei, Codomanni, Abrahami Couet du Vivier, Calouii, Dornkrellii, Sandhagenii, qui res a Seruatore gestas descripsisse Evangelistas ratione temporis habita, euincere laborarunt. Honorificam ideo eius mentionem iniecit Venerand. Wolfius in Nott. ad Casauboniana p. 256. In primis vero in Dedicat. Primitiar. Flensburgenss., vbi inter alia his verbis nostrum laudat: *Nullo non tempore ex familiaribus tuis sermonibus & doctiorem & meliorem redire mihi licuit, cum fieri non possit, quin*

eximius ille eruditionis tuae thesaurus, ingenio industriaque inde a primis aetatis ineuntis annis ad praesens senectutis imminentis limen assidua, itineribusque per Germaniam, Belgium & Angliam susceptis, comparatus, in egenos harum rerum subinde opes effundat; vitae autem tuae ratio tam integra, tam illibata, tam a communi tramite aliena sit, vt vel solo exemplo tuo, ne dicam sermonibus, perditissimus quisque ad sectanda optimae vitae praecepta excitari possit. Quod tuum integritatis pietatisque studium declaraturus omnes cogitationes, tempus omne, omnem industriam, quam occupationes sacrae non exhauriunt, vni illi rei (testis αὐτόπτης sum) impendis, vt Pandectarum diuini codicis arcana rimeris; eiusque diuitias a tironibus memoria, expedita & minime fallaci ratione, comprehendendas omnium oculis exponas; quae methodus tua maiori pretio digna intelligentibus habetur, quod omnibus mnemonicis inuentis, improba industria adhuc in medium prolatis, praeferri mereatur, tibique debeatur vni. Idem fecerunt celeberrimi Auctores Relatt. Innox. 1715 p. 1035 sq, vbi libellum hunc recensent, iudicantque, Nostrum Sandhagenio interdum esse accuratiorem. Prodibit mox egregius libellus, pace Auctoris, Fautoris mei optimi, Latina a me lingua redditus, vt exteri, Germanicam linguam ignorantes, eum etiam legere queant.

Evangelische Geschichte, so von den IV Evangelisten ordentlich beschrieben, mit der Einleitung, wie selbige durch Merck-Wörter nach einer kurtzen und leichten Methode bald gefasset und beständig behalten wer-

werden können. Nebst einem Entwurff der Apostel-Geschichte, denen Liebhabern der Geschichte JEsu Christi und seiner Apostel, und absonderlich der Jugend zum Besten nachgesonnen und herausgegeben, Flensb. 1715. 4. In hoc scripto prius est repetitum, sed auctum vti aliis rebus, ita in primis vocabulis mnemonicis. Recensionem vid. in Relatt. Innox. l. c. p. 1030 sq.

Die Geschicht des Leidens, Sterbens und Auferstehung JEsu Christi, wie sie nach der Ordnung von Wort zu Wort von den IV Evangelisten beschrieben. ibid. h. a.

Sequetur *Vetus Testamentum* eadem methodo mnemonica pertratactum; nec non *Continuatio Concionum Clotzii Passionalium.*

IOANNES LANGEMAK.

Neostadii in Holsatia an. 1655 d. 7 April. lucem aspexit, patrem nactus *Michaelem Langemak*, Pastorem Neostadiensem, matrem *Margaretam*, M. *Theodori Niemanni*, Pastoris per annos 22 Neostadiensis, & deinceps per annos 19 Pastoris Cathedralis Slesuicensis, filiam. Priuata *Henrici Balkii*, tum SS. Theol. Studiosi, postea Pastoris Neostadiensis, institutione vsus, publice discentium coetui Husumensi ac Lubecensi interesse satius duxit. *Als er bey diesem Mann*, ita lego in ipsius Personalib, Concion. Funebr. Io. Steph. Hildermanni adiunctis p. 77, *einen guten Grund in Sprachen geleget, ist er darauff An.* 1670 *nach Husum in die öffentliche Schule geschickt, und der Auff-*

ſicht des gelahrten Rectoris, *Herrn* Petri Matthiae *anvertrauet*, *woſelbſt er ſich biß ins dritte Jahr mit vielem Nutzen auffgehalten. Weil aber die Lübeckiſche Schule* (*die auch eine Mutter meiner Studien geweſen*) *vor andern Schulen in groſſem Anſehen war*, *ſo hat ſein Vater es für dienlich erachtet*, *ihn An.* 1672 *der gelahrten Unterweiſung Herrn* Nottelmanni, *Herrn* Polzii *und Herrn* van der Brügge *zu untergeben. Hie hat er ſeine ſtudia humaniora zu einer rechten Reiffe gebracht auch in diſciplinis philoſophicis einen guten Grund geleget.* Studia deinceps litterarum Kilonii, ducibus *Kortholto*, *Opitio*, *Franckio*, *Haſenmüllero*, Lipſiae auſpiciis *Scherzeri* atque *Carpzouii*, Ienae doctoribus *Muſaeo*, *Bechmanno*, *Goetzio* perſecutus eſt, feliciterque abſoluit. An. 1681 cunctis eligentium ſuffragiis Paſtor Neoſtadienſis declaratus, muneri ſuo ita praefuit, vt an. 1712 d. 27 Sept. defunctus fidei ac diligentiae laudem reliquerit. Edidit

Anzeige der JEſus-Sprüchen. 1703.

Catechismus-Frag- und Antworten, *deren Erſter Theil die Fragen und Antworten*, *den Einfältigſten zum Beſten*, *in Neben-Fragen zerleget*; *der Ander Theil den Catechiſmum Lutheri ſeinem eigentlichen Verſtande nach erkläret*, *mit Sprüchen H. Schrifft bewehret*, *und von den Schleßwigſchen und andern im Nachdrucken eingeſchlichenen Fehlern gereiniget*, *zum Unterricht der Jugend und Einfältigen zuerſt auffgeſetzet*. Lübeck. 1710. 12.

MICHAEL LEOPOLD.

Filius ABRAHAMI LEOPOLDI, Eccleſiaſtae

ſtae Iacobaei, (ſine dubio, quia fuit Lubecenſis, etiam memoratu dignis Athenaei noſtri alumnis accenſendi, quamuis in Vita eius & laudibus, tam a ſumme reu. Goetzio in Praef. Elogg. Germanor. Theologor. pag. 4 ſq, quam a M. Henr. Loſſen (16) conſignatis nulla huius rei mentio occurrat) cuius memoriam ſeruat templum noſtrum Iacobaeum his, ſub eius effigie, conſpicuis verbis:

Ehrengedâchtniſs, dem Ehrwûrdigen und Wohlgelahrten Hrn. ABRAHAMO LEOPOLDI, welcher alhier A. 1606. den 4 Sept. gebohren, A. 1638. den 26 April. zum Prediger dieſer Kirche erkohren, und A. 1656 d. 13 Aug. geſtorben, da er bald 50 Jahr alt geworden, deſſen Seele GOtt gnâdig ſey! von ſeiner Fr. Wittwen, Sohn und Brûdern, auffgerichtet.

Vitam eius breuiſſimis in laudata Praefatione deſcripſit Goetzius, illamque his verbis auſpicatus eſt: *Michael Leopoldus, Abrahami filius, in lucem editus eſt an. 1639. d. 3 Iun. Anno 1659 Gymnaſio patriae cum Academiis permutato, literas altiores per ſexennium Wittebergae, Lipſiae, Gieſſae & Argentorati excoluit. Vſus eſt praeceptoribus Wittebergae Ioanne*

(16) Huius Elogium Leopoldinum, in quo multa eloquentia, inſeruit Goetzius iisdem Elogg. Germ. Theol. p. 253 ſqq. Ipſe Goetzius in cit. Praef. ob ſolidam eruditionem, magnum iudicium, ſinceram pietatem & pium in honorem Dei zelum eum commendauit.

ne Meisnero, Lipsiae Carpzouio, Giessae Siricio (sub cuius praesidio an. 1662 *Disp. I de Successione Ecclesiastica defendit) Argentorati Seb. Schmidio.* Electus est an. 1667. d. 13 April. Pastor Hambergensis, anno autem 1677. d. 4 Ian. Pastor Slukupiensis. *Cum vix quatuordecim annos Ecclesiae huic sana doctrina, vitaque integra praefuisset, mors inopina eum auferebat an.* 1691 *d.* 17 *Aug.*, teste Goetzio l. c.

TOBIAS MENZELIUS.

Patria Schmidebergensis, Theologus ob doctrinam & pietatem laudatus, Pastor Wabnizensis in Olsnensi prouincia per 23 annos bene meritus, an. 1687 mortuus, locum iure hic inuenit, quoniam Abrahamus Ientschius, Praepositus Olsnensis, in Vita eius haec annotauit: *Seine Eltern verschickten ihn in die Freye Reichs- und Ansee-Stadt Lubeck in Nieder-Sachsen gelegen, in dem Vertrauen, er würde seine conatus daselbst bequemer fortsetzen, und allmählich zum fürgesteckten Ziele führen können. Wie er denn von denen daselbigen Herren Praeceptoribus in Lübek die allertreueste Information genossen, alss welche ihn in Logicis, Rhetoricis und Ethicis wol aussgearbeitet, nachdem er durch Behuf eines hospitii liberalis an dem Orte in die 3 Iahr beständig subsistiret.*

ERASMUS MÖLLENHOFF.

In P. I Athenar. Lubec. p. 56 sq. dedi honorificum Simonis Dachii, Poëtae quondam Regiomon-

montani, longe celeberrimi, carmen, in honorem nostri, Philosophiae Magistri titulum adepti, scriptum, quo vehementer laudat Kirchmannum, tum ob alios optime institutos, tum ob Möllenhofium rite formatum. Hic addo ea, quae ipsius Epitaphium in Templo Arcis ornant, quoniam vitae & laudum eius breve exhibent compendium. Sunt autem sequentia:

In effigiem plur. Reverendi & Præclarissimi Dn. M. ERASMI MöLLENHOFF, Ecclesiae huius, & quæ ad Spir. S. ædem colligitur, per V ferme lustra Pastoris meritissimi.

En tibi Möllnhofi faciem, quam gessit, & ora,
Præco DEi vera qui pietate fuit.
Qui vivi toties auditor ab ore pependit,
Hac vel ab effigie discere multa valet.
Ex oculis virtus sibi ne sublata putetur,
Hanc oculis semper pictam animoque feret.

Ehrengedächtniss dem Wohlehrwürdigen, Grossachtbahren und Wohlgelahrten Hn. M. Erasmus Möllenhoff, welcher in dieser Stadt an. 1615 den 15. Novemb. gebohren, an. 1645 den 19 Iunii zum Prediger in dieser und der H. Geist-Kirchen ordentlich beruffen, und an. 1669 den 26 Aug. in seinem Erlöser Christo Jesu seelig entschlaffen, seines Alters im 54sten, seines treu-fleissig ge-

geführten Predig-Amptes aber im 25sten Jahr, aufgerichtet von desselben hinterlassenen Wittwe und Kindern an. 1670.

ADAMUS HENRICUS MÖLLENHOFF.

Laudando valde exemplo Erasmus Möllenhofius, modo memoratus, hunc filium suum (aeque ac Christianum Möllenhofium, filium natu minorem, mox adducendum) eam intrare iussit scholam, in qua ipse magna felicitate fuerat eruditus. Fructus huius rei noster sensit in Academiis, sensit in munere, sensit per omnem vitam laudabiliter gestam Cum in Ienensi Academia vitam degeret, summis honoribus Philosophicis an. 1669 auctus est, & primum inter reliquos candidatos locum obtinuit. Gratulatus ei est Kilonii ipse summus Morhofius (quem hospitem noster in Alma Cimbrica habuit) nitidissimo carmine, quod extat in eius Opp. Poëtic. p. 676 sqq & sic finitur:

Haec, MOLLENHOFI, pectus arduum formant,
Sapientiaeque nomen atq; doctrinae
Tibi largiuntur, hisce ductus augustos
Sophies triumfos mente praecipis pulcra.
Fovere nostrae te sinu suo Musae.
Videre magnos, subdidere conatus,
Ramos paratae nexuisse felices.
At nunc Salana germinat tibi laurus,

Et

Et aequa dotes respicit tuas IENA,
Felix bonorum & artium parens IENA,
Sacraq; crines impedit tibi fronde
Primas merenti diligentiae partes.
Nunc quando nostras ferre non potes laurus,
Tu Cimbricarum ferre vota Musarum
Domesticiq; tesseram potes testis
Bene ominantis idq; serio optantis;
Vt qui stetisti honore primus in primo,
Quando secundos tertiosq; sectaris,
Nunquam in secundis tertiisq; subsistas.

Non minus honorifice gratulati sunt alii, e quibus adduco solum Philippum Mûllerum, a quo hi sunt compositi versus:

Nasceris Orator, Sophus impiger arte magistra
Prodis & ingenii das monumenta probi.
Quis dubitem, lauru tibi cingere tempora? quis te
Non coelo ac terris addere grande decus.

Gessit munus doctoris sacri in patria Ecclesia Cathedrali ita, vt an. 1684 d. 2. Sept. defunctus, praeter alios, B. Hinckelmannus in Carm. Funebr. eius industriam, diligentiam, ardorem & vitam praedicaret. Epitaphio ipsius in Aede Cathedrali sequentia inscripta sunt:

M. ADAMVS HENRICVS MOLLENHOFF,

Archi-Diaconus alhie am Thum.

Der seines Gottes Bild den Hertzen eingepräget,
Stellt, wie er trug sein Bild, sich hie im Bilde dar,

Das

Das mancher Frommer noch in seinem Hertzen träget:
Denn er der Lehrer Bild, und Hörer Fürbild war.

In Lûbeck gebohren den 7 August. an. 1646, zum Prediger erwehlet den 29 April. an. 1675 und im Herrn entschlaffen den 2 Septemb. an. 1684.

CHRISTIANVS MÖLLENHOFF.

Lucem an. 1655 Lubecae aspexit, inque Lyceo patrio deinceps praeclarissime est institutus. *Vt a teneris statim annis*, inquit B. Suantenius ap. Goetzium in Memor. Theol. p. 684, *contento proficeret cursu, in pietatis, doctrinae ac morum saluberrimo tramite, committebatur eruditae curae virorum tunc de publico Ephebeo praeclare ac insigniter merentium, Dnn. NOTTELMANNI, POLZII, BRVGGII, postquam prima studii litterati fundamenta iecerat auspicio & institutione virorum in docenda tunc temporis pueritia egregie versatorum Dnn. SCHEVII & TRIBBECHOVII.* Continuauit deinde studia Lipsiae, Wittenbergae & Ienae, ac tandem Hamburgi, vbi aliquandiu commoratus celeberrimum EDZARDVM, Ebraeas litteras maximo applausu docentem, audiuit. Patriae redditus, anno 1687 d. 11 Aug. electus est Templi Arcis & S. Spiritus Symmysta, quod munus vsque ad finem vitae per decem annos laudabili ardore administrauit. Vnde etiam in Tem-

Templo Arcis viget eius memoria, quam ibi conseruant haec effigiei ipsius subiecta verba:

Der Wolehrwürdige, Grossachtbare und Wohlgelahrte Herr, Hr. CHRISTIANVS MOLLENHOFF, gebohren an. 1655. 7 Iulii, zum Prediger erkohren an. 1687. 11 Aug. selig entschlaffen an. 1697. 11 Aug.

Schau hier den Schatten an von einem lichten Lichte,
Des Muth voll heil'ger Glut bekröhnt vom Weissheit-Strahl,
Des Mund mit Flamm und Lob sich öffnet jedesmahl,
Dafür, was finster heist, urplötzlich ward zu nichte.
Drum machte GOtt dis Licht, durch Glut empor getrieben,
Bey ihm zur Sonn'; uns ist nur dieser Schatten blieben.

HENRICVS MOLZAN.

Non omittendum duxi hunc virum, Lubec. 1636 d. 2 Febr. natum, quia tanta in Athenaeo nostro didicit felicitate, vt aetatis an. 18 Rostochiensem Academiam potuerit salutare, in qua exegit biennium, vti sexennium in Alma Leucorea, quae eum *de Magia Naturali*, *de Reuelatione Dei ad extra per opera eiusdem immanentia*, *de Iure Legum* & *de Anima Separata* disputantem conspexit, praemioque laborum an. 1658 donauit ita, vt inter XXXVI Magisterii candidatos primum nancisceretur locum. Hafniae quoque & Regiomonti vitam degit. Factus tandem an.

1669 Paſtor Hademarſchenſis, muneris rationes obſeruauit, vsque dum an. 1704 d. 9 Mai. diem ſuum obiret. Leg. omnino Nou. Lit. Mar. Balth. 1704. pag. 304 ſq.

IOANNES MONRAD.

Suaſu *Hermanni Grube*, Lubecenſis, Medici, dum viueret, apud Haderslebienſes longe celeberrimi (cuius ἰδιοβιογραφίαν, quam aſſeruo, in Partis III Sectione, Medicos laudatura, ſi Numinis permiſerit benignitas, cum iis, qui & Medicinae & liberalis diſciplinae, ex qua vtraque inclaruit, ſtudioſi ſunt, communicabo) Athenaeum noſtrum an. 1668 adiit, Rectore *Hermanno Nottelmanno*, cuius in ſe praeclariſſima merita nondum obliuioni tradidit. Viuit hodieque, poſteaquam Paſtoris Aaſtrupenſis munere per multos annos religioſe functus eſt, gaudetque ea felicitate, vt filium ſuum, GEORGIVM MONRAD, videat ſibi ſuffectum. Hic vero in noſtro quoque Gymnaſio an. 1700, 1701 & 1702 didicit. Inde abiit Roſtochium, vbi an. 1704 elaborauit & Praeſide *Io. Nic. Quiſtorpio* defendit *Diſputationem Theologicam Moralem de Vindicta vitanda ex Rom. XII. 19.* Alia eius diligentiae ſpecimina, in adiectis huic Diſputationi gratulationibus, A. D. Habichhorſt, Io. Fecht, Io. Nic. Quiſtorpius, Zach. Grapius praedicarunt.

MENO MVLLER.

Filius *Iacobi Mulleri*, Paſtoris quondam Kirchwerde-

werderani longe meritissimi, quem in P. I. p. 379 sq collaudauimus. Didicisse eum in nostro Athenaeo & praedicandi valde discipuli partes expleuisse, docet excellentiss. Goetzius in Vita eius, addita Conc. Funebr. ex Iud. v. 20. 21, his verbis: *Weil der Seel. Herr Vater gesehen, daß dieser sein ältester Sohn mit einem guten ingenio, insonderheit einer trefflichen Memorie, von GOtt begabet, so hat Er denselben so fort denen Studiis gewidmet, und so wol durch praeceptores domesticos, als auch in der öffentlichen Schule in Lübeck, fleissig unterrichten lassen, da er denn insonderheit 4 Jahr in prima Classe gesessen, und daselbst zuförderst die beyden berühmten Rectores, Herrn* Hermannum Nottelmannum, *und Herrn M.* Abraham Hinckelmann, *nicht weniger den seel. Herrn* Io. Polzium *und Herrn M.* Martinum Lipenium, *Con-Rectores, wie auch Hrn.* David von der Brügge, *Sub-Rectorem, fleissig gehöret, also daß er An.* 1678 *auf Ostern cum laude Academias besuchen können.* Contulit se itaque Giessam, atque celeberrimos viros *Dau. Clodium, Io. Weisium, Io. Nicol. Mislerum, Philip. Ludou. Hannekenium* (ipsius auunculum) atque *Kilian. Rudrauffium* tam publice, quam priuatim docentes magno cum fructu auscultauit. Simili ratione res suas praeclare gessit Kilonii, vbi *Christ. Kortholto* (quo praeside etiam *Disquisitionem Anti-Baronianam de Reliquiarum Cultu* praeclare defendit), *Christoph. Franckio, Matth. Wasmutho & Dan. Georg. Morhofio*, viris non sine laude nominandis, prae-

ceptoribus fidelissimis vsus est. In patria deinceps, Hafniae quoque sacris orationibus, felici admodum successu habitis, declarauit tempus bene collocatum. Quare etiam an. 1691. m. Decemb. Pastoris Slukupensis munus obtinuit, quod vsque ad mortem, quae ei repentina obtigit an. 1714 d. 6 Febr., magna laude administrauit.

IOANNES NICOLAI.

Lubecam an. 1609 nactus est patriam, parentes autem *Laurentium Clausen*, siue *Nicolai*, & *Catharinam*, *Ioannis Feldbusii* filiam. *Liberaliter in nostra Schola educatus*, inquit B. Mart. Lipenius in eius Memor. ap. Goetzium in Elogg. Theologor. Germanor. pag. 617, *omnibus doctrinis, quibus aetas puerilis impertiri solet, imbutus, pro igenii capacitate, euidentes profectus fecit sub SESEMANNI, Cantoris, IOACHIMI DREIERI, Con-Rectoris & IOANNIS KIRCHMANNI, Rectoris manuductione, adeo, vt hic etiam eum pro singulari, quo eum complectebatur amore, suis filiis, IOANNI & ALEXANDRO paedagogum praefecerit, quorum alter diu ante Praeceptorem obiit, alter vero etiamnum Slesuici Consul & ICtus superat. Memini, me saepius hoc ex ore eius acroama audiuisse, quo SESEMANNI fidelitatem, DREIERI eruditionem, KIRCHMANNI incredibilem erga se amorem celebrare & Scholasticis suis speciminibus multum laetari solebat, eam verae eruditionis, verae pietatis laudem existimans, si diceret, per quos didicisset, & profiteretur, per quos profecisset.*

fecisset. Quae deerant in Academia Wittebergensi, quam an. 1629 adiit, & Rostochiensi ab optimis doctoribus sunt adiecta, Cum deinceps in patria aliquot annos tum iuuenes instituendo, tum pro sacra concione dicendo, triuisset, teste Lipenio l. c. p. 618, *a Serenissima & Illustrissima Ducissa Holsatiae ELEONORA, exeunte anno* 1638, *Concionator Aulicus Redwischium vocatus, & magna animi lubentia cum ab ipsa, tum a Serenissimo eius fratre, IOACHIMO ERNESTO, tum denique ab aliis Aulicis auditus est.* Sed mox eius amore capta est patria, in qua an. 1639 munus Symmystae & an. 1663 Pastoris Petrini munia obtinuit, quae vsque ad annum 1686 decorauit. Effigiei ipsius in Templo Petrino haec sunt adscripta:

Memoriae Viri admodum reuerendi
& praeclarissimi Dn. IOHANNIS
NICOLAI Lubec. Pastoris huius Ecclesiae per XXIV annos vigilantissimi atque optime meriti, nati 1609.
d. 3 Maii. ad offic. vocati 1639. 13 Sept.
denati 1686. 22 Iun. hoc, quicquid
est, sacrum esse voluerunt
Haeredes.

IOHANNES sic NICOLAOS, qui Pastor in aede
Petrina docuit, conspiciendus erat.
Sustentante DEO vitam mentisque vigorem
Tradidit ille DEI dogmata lustra novem.

 Cui

Cui cordi curaeque fuit, bene paſcere coetum,
Informando ſacrum multiplicare gregem.
Et iam iuſtitiae gaudet vitaeque corona,
Quam gratis ſeruo contulit ipſe DEVS.
Corporis exuuiae, quas mater terra recondit,
Expectant reditum, CHRISTE benigne, tuum.

Goetzius l. c. pag. 620 commemorat ipſius Opuſculum Poëticum, inſcriptum: *Monumentum nunquam intermorituri amoris Patri chariſſimo, Sorori lectiſſimae & Liberis deſideratiſſimis poſitum.* Lubec. 1650. 4.

ADAMVS LAVRENTIVS NICOLAI.

IOANNIS, modo laudati, filius, natus an. 1645. d. 9 Febr., per omnem aetatem, tam iuvenilem, quam virilem praeclarae indolis indicia dedit non vulgaria. *Rara ſtatim indoles*, inquit B. Hinckelmannus in eius Memor. apud Goetzium l. c. p. 534 ſq. *in ipſo in prima infantia enituit. Igneus enim illi vigor: unde & poſtea nec impuberem, nec ephebum res ullae auocare poterant, quin ſemper aliquid praeclarum & immortale meditaretur. Quibus ſuis moribus & ingenio facile ſibi non modo Parentis optimi, ſed & Praeceptorum doctiſſimorum & nunc inter coelites ipſi redditorum, MEIERI*

RI (17), *BANGERTI*, *POLZII*, *TRIBBECHOVII*, *amorem conciliabat*, *eam spem de ipso concipientium*, *quam in animis omnium quotidie confirmabat*, *& ac-*

(17) In huius obitum extat duplex pietatis & grati animi monumentum, a Nostro exstructum; alterum Graecum, quod inscribitur *Lessus Doricus*, alterum Latinum, quod *Myrtillus Lacrymans* vocatur. Latinum hic conseruare iuuat, tum quia praebet eximium pietatis erga Praeceptorem exemplum, tum quia potest esse ...itiae poëticae, quae in ipsa iuuentute Nostrum iam ...auit, documentum. Titulus est: *MYRTILLVS LACRYMANS*, *Carmen Bucolicon*, *quo mortem Moeridis*, *Pastoris desideratissimi*, *deplorat*, *eiusdemque Apotheosi gaudet Myrtillus*, *siue Monumentum beatissimis manibus Viri clarissimi & excellentissimi Dn. M. SEBASTIANI MEIERI*, *celeberrimae Scholae Lubecensis per annos 34 Rectoris grauissimi ac optime meriti*, *Praeceptoris sui tam publice*, *quam priuatim fidelissimi*, *amantissimi*, *positum ab Adamo Laurentio Nicolai*. Lubec. 1664. 4. Ipsum autem carmen ita se habet:

Tristes hyems virides iam deuastauerat agros,
Vrebant montana niues, campoque iacentes
Non permansurae conspecto sole pruinae.
Hippotades iterum syluas, camposque sonoro
Flamine rapturos ventis indixerat arma,
Pastor vt attonitus voces has Myrtilus inter
Submissas valles & respondentia saxa
Vachnidos ad fluuium iactauit, praeside Phoebo:
Incipe lugubres mecum, mea tibia, versus,
Exstinctum Musae nam plorant funere Moerin,
Moerin, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo platanus succrescit & ornus.
Nunc tristes fluuii lacrymarum fundite riuos,
Vos nemora & saltus moestis vlulate querelis.
Moeris erat campi decus, vt sunt vitibus vuae,

crescente aetate implebat egregie. Nam quae adolescens etiam scribebat carmina Latina, Graeca, Ebraea,

Vt gregibus capri, segetes vt pinguibus agris;
Fundite Pierides lugubria carmina Musae,
Grandia saepe quibus mandauerat hordea sulcis
Moeris, adest lolium, pro verna messe rosarum
Carduus & spinis surgunt virgulta recuruis.
Indulgete nouis, Nymphae, indulgete querelis,
Fundite ferales, Dryades, iam fundite lessus,
Interiit, Rhodopes Orpheus cui porrigit herb
Heu fuit! edoctus Phoebum superare canendo
En! omnes moestae, scopulosa cacumina, rupes
Errantesque vlulant pecudes. Non fluminis vndas
Libauit quadrupes, nec graminis attiget herbam,
Moeri, tuam mortem flauus deplorat Apollo,
Moestaque corrigeri ducunt suspiria Panes.
Ipsa dolet, quod non imitetur labra canentis
Amplius, in patriis habitans conuallibus Echo,
Interiit vigor arboribus, non gratia pratis
Mansit, & in lacrymas soluit sese aetheris aula;
Ad dulces ceras & odori corticis antra
Non properauit apis, vitae statione mouetur
Dum Nestor, roseo cuius profluxit ab ore
Dulcior hyblaeis oratio mellibus olim.
Non Delphin tantum aequoreis lugebit in vndis,
Aërios non sic per montes flebit hirundo,
Moeridis extincti quantum mors deploratur.
Moerin amat, Moerin deflet, quem Graecia mater
Delectat, Moerin veneratur Numinis instar,
Afficiunt veteris quem docta volumina Romae.
Moerin amat, Moerin deflet, cui magnus habetur
Candor, in hoc aeuo res intermortua pene.
Moeridis ornabat pectus condita sed astu
Simplicitas; Moerin laudant sanctissima summi
Cura DEI, cultusque sacri, feruorque docendi

Orbilios

braea, conspersa illa semper erant rore senilis cuiusdam doctrinae, vt facile appareret, non fore vulgare, quod

Orbilios detestatus: non inuida Moerin
Turba vocet socium; spartae, cui praefuit, illam
Sedulus ornabat. Tanti monumenta laboris
Quaeritis? En segetem doctam per rura, per vrbes!
Curia, Fana, Lares sapiunt Aulaeque potentum
Moeridis auxilio, quod sceptra verenda fatentur.
Moeris erat senior sancti mihi patris ad instar,
Me patrio toties toties dignatus amore.
Canities laetata senis penetralia linguae
Romanae mihi monstrabat; iuuenescere fibris
Illa videbatur, quoties mihi sancta Pelasgi
Semina tradebat, iucundam & rhetoris artem.
Moeris erat, patriae quo vix praestantius vllum
Depositum dederat pacati gratia coeli.
Imposuit, finem factis mors vltima rerum
Linea, dum Noster veluti succisus aratro
Flos moriens languet, lassoue papauera collo
Demisere caput, nimbis cum forte grauantur;
Sic senio & varia confectus mole laborum
Corpore defuncto naturae debita soluit.
Percipe sic tandem, charissima patria, damnum,
Percipe, sed sero, tibi quod mors attulit, illa
Dum saturum vitae iussit migrare colonum.
Pronus enim quamquam festinat Phoebus ad vndas
Lutea purpureos sed vix aurora iugales
Extulit, aequoreo cum sese gurgite tollit
Totum flammiferis mundum complexus habenis
Ah! virides Malvae, centauria Thessala, Calthae,
Saepe reuiuiscunt sub tempora veris adulti;
Quid sumus humana prognati stirpe, vocauit
Sub legem semel vt nos inclementia fati?
Ah! fuimus miseri, caua & intra busta reclusi
Perpetuo placidum dormimus tempore somnum.

ab istis quidem duceretur initiis. Tyrocinio in Gymnasio nostro rite posito (habita an. 1663 d. 17 Sept. *de Graecae*

Prae moerore queo vix vllum fundere verbum;
Praeterea ancipiti mentem formidine pressi
Perpetuae lacrymae per amantia lumina manant.
Haec operis pars summa mei est, hic carminis ordo.
Moeri fugis, tecumque rapis, quemcunque relinquis?
Heu! vbi sum fugiens tecum? me sensa relinquunt.
Dum, quod es, heu ego sum, grauior quae causa moratur,
Quod sum ego, cur non esse queas Vir maxime campi?
Quid iuuet at vano passim dare sensa dolori?
Depositum terris dederat Deus, ecce reposcit,
Impia sit pietas, irreligiosaque dictu
Relligio lacrimis manes decorare piorum.
Pallida non etenim placido mors funere tollit
Coelestes animas, patrio sed reddit olympo.
Sat vixit, qui virtuti sua tempora vouit!
Gaudia gratamur nostro, gratamur honores.
Spargite, pastores, iam buxi spargite frondes,
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.
Tale tuum nomen nobis, celeberrime Moeri,
Quale sapor fessis in gramine: nomen ad astra
Tollemus, nobis quo non est munere maius:
Nam sine te nobis, sine te nec gaudia Musis.
O nimium dilecte Deo, quem Morta locauit
In requie, Phlegethon dum tristia quaeque minatur,
Hic miseri nos Odrysii fera bella tyranni
Percipimus, sed fausta suis, nostrisque sinistra.
En galeis Neutram tumidus victricibus hausit,
Consiliis Bellona fauet, mox vicerit Istrum,
Effera crudeli Domino sententia sedit;
Vndique mortali foedatis sanguine campis,
Inter abundantis fati ludibria captos

Victo-

Graecae Linguae Praestantia Oratione valedictoria) *& Wittebergam progressus, quae in patria optimarum*

Victorem niueis Reges egisse quadrigis,
Per gelidamque Arctum sceleratas figere lunas,
Mollia tu super aetherios agis otia campos
Innumeris iactate malis, iam liber ab omni
Fortunae casu, despectas arduus orbem
Atque humiles hominum coetus. Te gloria vestit
Indigetem: tu magna capis mysteria coeli:
Te viuum solitus liuor lacerare quiescit:
Te reueretur honos meritorum, maxime Moeris
Scande triumphales sic, victor, scande curules
Sidereos inter proceres non vltimus ipse:
Iam patrium mirate polum, mirate cohortes
Aligeras, celebrare Dei miracula perge
Rustica si sueuit pietas offerre quotannis
Arbuta Pomonae, Baccho noua musta, Mineruae
Baccas, veris opes Florae: Lyra dignius vnquam
Non mea quid cantet, quam te crepitare magistro,
Quo didicit Graio quondam Latioque tenore.
Ecce duo tibi, Moeri, duoque altaria Phoebo
Cespite de viridi pastorum turba parabit:
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Inferias dulces statuet; solemnia vota
Cantabit tibi Damoetas, tristisque Menalcae
Filius Euboscon, Silenus & Alphesibaeus
Saltantes referent Satyros, dum Lyctius Aegon
Tergora tensa boum varia pulsauerit arte.
En! arbusta sonent, en! talia carmina rupes:
Moeris abest, Moeris claris decus additus astris
Iam radiis virtutis ouat, iam praemia monstrat;
Moeris abest, Moeris supera sed degit in aula,
Magna vbi felici passim torrente redundant
Gaudia, nec nouit fines immensa voluptas.
Moeridis hic laudes nomenque decusque manebunt

Praevia

marum artium iecerat fundamenta, maximis subinde incrementis sub institutione Excell. Virorum DN. D. STRAVCHII, DN. D. ZIGRAE & D. WALTHERI auxit. Instigante Polyhistore BANGERTO iam antea animum ad cuncta gentium saeculorumque noscenda contulerat. Egregie quoque litteras suas Giessae amplificauit & res suas in hac Academia tam praeclare egit, vt ab omnibus publicis doctoribus hoc testimonio, cum paucis comparando, quod typis etiam exscriptum, fuerit instructus:

ACADEMIAE GIESSENSAE
PRO-RECTOR
TOTVSQVE SENATVS ACADEMICVS
Omnibus & singulis haec lecturis
Sal. plur. precantur.

„De Caro Narbonensi adhuc priuato Valerius nomi-

Praevia Phoebaeis aderit dum curribus Eos,
Dumque fluet spirans refluetque reciproca Tethys,
Exstruxitue rogum Moeris sibi namque superstes,
Atque iuuentutis formandi pectora zelo
Incendit, nouus vt Phoenix de puluere surgat.
Defuncti pars nobilior sed Moeridis ampli,
Affinis tumulo quam nunquam subtrahet vrna
Sedibus aethereis, precor, accipe flebile murmur,
Nec, quod rurali modulamur carmen auena,
Despice, sancte Senex, mea tu sat pectora nosti
Candida, nec Pindi te simplex mysta latebit,
Qui iuuenis meruit toties, te iudice tanto,
Argolicam victor vates decerpere laurum.
Sic modo sollicito cantarat Myrtilus ore;
Attamen admittit dum vix solatia moeror,
Et mentem nunc huc celerem, nunc diuidit illuc
Proiicit ille pedum, cantus vitaeque perosus
Pascua cuncta replet syluas tristique vlulatu.

„nomine & re Probus Imperator Romanus in „Senatu dixisse fertur: *Felix esset Respublica no„stra, si plures Cari similes haberemus.* Insigne „elogium a tanto ac tali viro profectum, quo „virtus viri non solum omnes alios anteire, sed „& Respublica Romana in Caris multis fortu„nata & felix putabatur. Tanti etiam haec Ca„ri ab Imperatore & Senatu dicta laus ponderis „fuit, vt, interfecto Valerio Probo, Carus hic „per suffragia militum suffectus fuerit Impera„tor, quem etiam absque vlla difficultate Sena„tus mox consensu suo approbauit. Illa, quae „in tanto fastigio constitutus Imperator de Caro „praetorii praefecto emisit boni ominis verba, si „magna licet aptare paruis, nos nostro etiam ac„commodamus statui. Non est felix ciuitas & „respublica murorum lapidibus bene compa„ctis, non pecuniarum multitudine, non vasto „ciuium numero, sed viris ad res gerendas na„tis.

„ Quid enim vel arx est vel nauis
„ Si vasta sit, nec a viris stabilitur.

„Haec ratio fuit Pompeii, qui, cum ducentos „Senatores & meliorem ciuium partem ab vrbe, „quam Caesari reliquerat, abduxisset, non in „parietibus, sed in abductis Senatoribus & Ciui„bus Rempublicam Romanam esse iure existi„mauit. Haec quoque, quicquid alii sentiant, „nostra mens est, Academiam felicem esse, non „quae splendida est collegiis & aedificiis magni„fice exstructis, non, quae magnum ciuium „suorum numerum computat; sed in qua vi-

vunt

„vunt pauci etiam pietatis, honeſtatis & ſolidae
„eruditionis amantes viri. Ex antiquis Philo-
„ſophis Zeno calculo ſuo nobis praeit. Is enim
„videns, Theophraſtum in admiratione habe-
„ri ob diſcipulorum multitudinem, Chorus, in-
„quit, eius maior eſt: meus melius concinit.
„Deplorandum eſt, in plerisque Germaniae
„Academiis peſſimam hanc ingeniorum vige-
„re peſtem, vt multi in iis viuant, non ad exco-
„lenda ſtudia, ſed ad voluptatem explendam, ad
„intempeſtiua & ſumptuoſa conuiuia & bellui-
„nas compotationes. Quid autem ab hiſce cor-
„porum, non animae, vt Seneca in loco quodam
„loquitur, ſaginatoribus Academia exſpectet
„liberale & bonum? In eo autem illuſtris noſtra
„Gieſſena ſemper fuit occupata, vt haberet ci-
„ves non multos, ſed qui ob pietatem & erudi-
„tionis ſolidae ardorem ipſi aliquando eſſent or-
„namento. Inter quos merito numerandus
„vir praecellens atque eruditisſimus Dominus
„Magiſter ADAMVS LAVRENTIVS NICO-
„LAI, Lubeca-Saxo, ad quem absque inuidia
„applicandum, paucis immutatis, illud Impe-
„ratoris: Felix eſſet noſtra Academia, ſi plures
„praedicti Magiſtri NICOLAI haberet ſimiles.
„Vt enim ſilentio inuoluamus inſignes animi
„dotes, omnibus primo intuitu conſpiciendas,
„in pietatis amore, cultura ingenii publica &
„priuata, talem ſe nobis exhibuit, vt palmam
„virtutum mereatur. Laudis non exile mo-
„mentum eſt, quod, cum Boni etiam quando-
„que in feruore iuuentutis in ſequiora abripian-
tur

„tur, nemo noſtrum meminerit, eum, vel ob le-
„ve aliquod delictum, aliquando fuiſſe delatum;
„interim perſonuiſſe recordamur cathedras A-
„cademiae facunda eius & diſerta lingua in de-
„fenſione Theſium Theologicarum & Philoſo-
„phicarum ſublimium, in Collegiis etiam pri-
„vatis & publicis non exploratorem aut cuncta-
„torem, vt Baſilius Magnus ait, ſe praeſtitit,
„ſed animum attulit ad veritatem inquirendam
„flagrantisſimum. Aſt praeſtat verborum fa-
„cere compendium, ne ſolem facibus adiuuare,
„mare exiguo humore locupletare videamur, il-
„la, quae in eo omnibus bonis placitura ſunt,
„prolixe commendantes. Gieſſae Anno
„M DC LXIX. die 18 Ianuarii ſub ſigillo Aca-
„demiae minori.

„ L. S. Pro-Rector, Decani, omnes
„ item & ſinguli Doctores
„ & Profeſſores Acade-
„ miae Giſſenae.

Nouit quoque eius praeſtantiam Kilonium, quod eum etiam optimis ſuis ciuibus annumerauit. Vtroque in loco pro roſtris Academicis praeclare ſtetit, cum Diſputationem, quae eſt pars *Tractatus de Lacrymis* a D. *Siricio* conſcripti, defenderet, & *de Defectu Luminis Naturae in aſſequendo auguſtiſſimo SS. Trinitatis Myſterio ex veterum Philoſophorum ſententiis & antiquis monumentis inſtitutam Diſſertationem* ſub praeſidio *Adami Tribbechouii*, infra laudandi, pro conſequendis honoribus philoſophicis, quos iure conſecutus eſt, Kilonii an.

1667

1667 publico examini proponeret. Haud exiguae quoque ei fuerunt vtilitati itinera, quibus Belgium, Angliam & Galliam peragrauit. Reversus in patriam insertus est sacro ordini, commissa ei an. 1672 Symmystae Iacobaei sparta, quam eruditione ac facundia sua non diu ornavit, an. 1678 m. Octobr. e vita egressus. Confirmat quaedam a me dicta inscriptio in Templo Iacobaeo hodieque legenda:

M. Adamus Laurentius Nicolai
ist gebohren 1645, ward Prediger zu
St. Jacob 1672. ist selig in GOtt
entschlaffen 1678.

Talis ADAMVS LAVRENTIVS ore videndus
NICOLEOS tradens jussa verenda DEi.
Hic qui diuina populum virtute docebat,
In coelo veluti laurus amoena viget.
Prostrato Sathana, mundo, lethoque subacto
Nicoleos victor laeta brabea capit.

Scripta, quae multo studio elaborauit, sunt

ΚΕΔΡΩΝ ΑΡΤΙΔΑΚΡΥΣ, *siue Lessus, carmine heroico expressus, quo Domino Dominorum, IESV CHRISTO, aequali Dei patris filio, Deo-Homini, mundi totius conditori & reparatori potentissimo, sapientissimo, victori Sathanae, domitori mortis, depulsori seditionum auernalium, Saluatori sanctissimo, olim pro totius mundi peccatis passo, anno XXXIII aetatis suae in monte Caluariae crucifixo, mortuo & sepulto, amori & deside-*

desiderio suo, Anno 1663 *octauo Iduum Aprilis memoriter in Examine publico Scholae Lubecensis recitato iusta soluere, eiusdemq; magno iuxta & salutari nomini ob vulnerum sacrorum meritum salutem suam submisse commendare voluit.* Lubec. 1663. 4. Laborem elegantissimo huic Poëmati Graeco concinnando impensum nostro gratulati sunt, praeter *Hieronymum a Dorne* (vid. Athen. P. I. pag. 158 sq), *Adamus Tribbechouius* & *Thomas Honstedius.*

De Vesta Barbara & Orientali Primitiae. Giessae 1669 & 1671. 4.

De Notitia Dei adquisita Libellus. Giessae 1669 & 1671. 4. Iunctim editae sunt hae duae Disputiones Giessenses sub Praesidio Nicolai nostri publice defensae Lubec. 1670. 4.

Monumentum de Carthusia & M. Adam. Laurent. Nicolai, Lubecens. Σχέδιον de Aratione. Ad Magnificum & Praenobilem Dominum Dn. IOHANNEM RITTERUM, Consulem Reipubl. Lubecensis. Lubec. 1671. 4. Philologicum hoc Σχέδιον ingenioso pariter ac honorifico carmine ornauit B. Morhofius, ex cuius Operib. Poetic. p. 670 sq illud hic exbibeo:

Qui doctas toties arare chartas
NICOLAE, soles, bonamque sparsis
Ditas seminibus subinde mentem,
Nunc doctum schediasma prodis, ipsam
Priscorum memorans arationem.
Nunc tu Pierisin mihique doctus

Rusticator eris, homoque frugi,
Cui pulchras ager vsque & vsque, auenas
Nesciens steriles rudesque lappas,
Educet segetes, nouosque foetus.
Tu, ceu vota suos iuuant colonos,
Ac omnes alit ista spes arantes,
E tua modo aratione messes
Et des atque feras opimiores.
Ad famam hae facient & ad farinam.

Klag und Trost. wegen Fr. Ilsaben, Herrn Albrecht Brünings, Bürgers und Handels-Mannes Eheliebsten, Ableben. Lub. 1671. 4.

CONRADVS OPORINVS.

Philosophiae Magister, Pastor Neomonasteriensis in Holsatia Primarius, Scholarum Inspector & Ministerii Senior, *praeter scholam patriam*, testibus Auctoribus Nouor. Liter. Mar. Balth. 1701 pag. 189, *quam in Femaria frequentauit, nec non Lubecense Gymnasium, cuius alumnus ab anno aetatis* 13 *ad* 16 *extitit, in Academia Rostochiensi, Wittebergensi, Lipsiensi, Helmestadiensi, Kiloniensi, aliisque litteris imbutus.* Varia edidit specimina Academica disputando sub praesidio Balth. Stolbergii ad Matth. II. 23: Petr. Musaei super Theses Theologicas plus decies: Chr. Kortholti de Lect. Script. S. in Linguis vulgo cognitis, & pro Valeriano Confessore. Ipse conscripsit ac euulgauit.

Disputationem Ethicam de Principiis Actionum Humanarum. Rostoch. 1668. 4. Praes. M. Mattaeo Laurentio.

Theses

Theses ex vniuersa Philosophia a se depromtas. Kilon. 1673. 4. Has praeside Georg. Ern. Heldberg pro capessendis supremis in Philosophia honoribus defendit.

Der Iodin hertzlich- und Christ-sehnliches Todes-Verlangen ex 2. Cor. V. 1. 2., in funere Annae Toden. Kil. 1682. 4. pl. 9.

Die süßtröstende Herrlichkeit der Kinder Gottes ex Rom. VIII. 18 in funere Ioan. Ellermann. ibid. 1699. 4. pl. 12

Die von denen Gerechten erbetene Hülffe aus dem vielen Leyden ex Psalm. LXI. 1-5 in funere Annae Mariae Brehmers. Hamb. 1701. 4. pl. 9.

IOANNES OSTERMEYER.

Ratzeburgi an. 1678. d. 11 April. editus est in lucem, patre gauisus *Michaele Ahasuero Ostermeyer,* I. V. L., cuius *Inauguralis Disputatio de Quartis* Rostoch. 1673, praeside *Henrico Rudolpho Redekero* defensa. Nomen ipsius an. 1694 insertum Albo Gymnasii nostri, cui an. 1697. d 12 Maii honesta ratione dixit vale, aditurus Rostochium, vbi alios quidem doctores non neglexit, in primis tamen *Fechtio*, magnae ordinis Theologici gloriae, adhaesit. Anno 1712 fer. 2 Pentec. munia Pastoris Crummessensis, &, mortuo Schlöpkio, an. 1719 Dom. I post Epiph. Pastoris Leoburgensis ei sunt delata. Latent in scriniis ipsius, quae ob eruditionem, quam spirant, Philologico-Theologicam edi merentur

Commercium Litterarium cum Amico institutum de vero sensu cap. VI Ioannis, in quo noster pro sen-

tentia a praestantissimis Theologis Lutheranis defensa pugnauit.

Commercium Litterarium cum homine Fanaticismi labe infecto de Virtute Verbi diuini & Notitia rerum Theologicarum in irregenitis.

Amica Velitatio de Origine Babelis & Confusione Linguarum cum Theologiae ac Philologiae studioso, contendente, Gen. XI. 1-9 de nulla confusione linguarum agi, sed de confusione, aut potius persusione littoris Euphratis, facta per eluuionem, vt adeo ex ipsius sententia vocabulum שָׂפָה non *labium*, & per metonymiam *loquelam*, sed *littus* aut *ripam* significet.

Tractatus de Plebe cum Israëlitis ex Aegypto egressa, in quo simul sententia Strabonis, Iustini, Taciti de origine Israelitarum diiudicatur.

HERMANNVS HENRICVS PAGENDARM.

Osnabruga-Westphalus, an. 1674 d. 30 Decembr. in lucem editus, patrem B. IACOBVM PAGENDARM, Cantorem Lubecensem optime meritum (de quo D. V. in Parte IV harum Athenarum pluribus commentabimur) Lubecam euntem comitatus, Athenaei nostri alumnis est adscriptus. Amisit, dum in Lyceo nostro didicit, *Martinum Lipenium*, Conrectorem, cuius praeceptoris sui fidelissimi an. 1692 d. 6 Nov. mortui obitum his versibus deplorauit:

Heu

Heu dolor! heu luctus! lacrimis chorus omnis abundat:
Causa enim subiti iusta doloris adest.
Eheu! iam cecidit, cecidit praeceptor amandus,
Vir studio praestans & pietate grauis.
Sed cur hic gemitus? Fletus cur mitto? Magister
Haud periit, viuit, gaudia mille capit.

Litteris porro Rostochii ac Wittenbergae strenuam nauauit operam. Primum specimen publicum Academicum dedit an. 1701, quo auspiciis *Henr. Klausingii*, Ord. Phil. Adiuncti, hodie SS. Theol. D. & Prof. P. Lipsiensis celeberrimi, *Doctam & Dissimulatam quarundam Rerum Naturalium Ignorationem cum Simulata aliorum Scientia collatam* Disputatione excussit. In eadem Alma Leucorea Philosophiae Magister creatus, an. 1702 praeside *Io. Guil. Bergero* V. C. *e memoria Rei Poëticae repetita disserendi capita* ad disquisitionem publicam vocando, parauit sibi viam ad cathedram superiorem, quam eodem anno conscendit, elegantissimamque Dissertationem, a celeberrimo Theologo, Phil. Lud. Hannekenio, in adiecta Epistola iure laudatam, *de Peplo Veterum*, respondente fratre germano Io. Gerh. Pagendarm, praeses contra dissentientes vindicauit. Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 94. Finis nondum impositus erat memorato anno 1702, cum Pater & Pastor Domus Fratrum Clericorum (des Evangelischen Frater-Hauses)

Hervordiae constitueretur. Conf. cit. N. L. 1706. p. 128. Interiectis vndecim annis Pastor locorum, qui vocantur Heyen & Frencke, prope Huxariam, est electus.

IOANNES GERHARDVS PAGENDARM.

Patriam agnoscit Lubecensem nostram ciuitatem, in qua an. 1681. d. 2. Dec. lucem aspexit. Opera doctorum publicorum in patria litterarum officina probe praeparatus, in Academia Wittebergensi tempus vtilissime consumsit. Testantur hoc egregia specimina, quibus publice exhibitis inclaruit. Prima vice in cathedra Academica comparuit an. 1703, quo sub M. *Gustaui Frid. Pistorii* praesidio *Existentiam Spectrorum, praesertim ex Sagarum Veneficarumque Pactis cum Diabolo sancitis*, demonstrauit. Post semestre spatium docto iterum conflictui sese immittebat &, Philosophiae Magister creatus, *Io. Guil. Bergero*, viro de studiis humanioribus meritissimo, praeside *ex Antiquitatis Virgilianae memoria Ritum Capitis in Sacris operiendi* publica commentatione enarrabat. Paulo post ipse ex superiori cathedra disputans ostendebat, quod studia tractauerit non inuita Minerua, huiusque ope ignorantiam feliciter vicerit. An. 1707 coepit publica auctoritate in templo Diuae Margarethae consecrato, quod est in castello Norimbergensi, sacras habere conciones. Hoc munere per

per quinquennium functus, vocatus est an. 1712 verbi diuini minister in Aula Wilhermsdorfina & Pastor Neidhardswindensis in Hohenloico Comitatu, quae munia honores Consiliarii in sanctiori Senatu Hohenloico & Scholarchae exceperunt. Tandem an. 1719 Pastor Paschkerwitzensis in prouincia Silesiaca Olsnensi est electus. Euulgauit

Disputationem priorem de Minerua Victrice. Witteb. 1703. 4. Addita est nitidissimae huic Disputationi Epistola Ph. Lud. Hannekenii, in laudem nostri scripta.

Disputationem posteriorem de Minerua Victrice, ibid. 1704. 4.

Euulgabuntur ab eo quamprimum haec vtilissimorum argumentorum scripta:

הכתב התחלת *i. e. Liber Ebraeorum de Formulis Epistolarum initialibus & finalibus. Appendicis loco Buxtorfii liber de Conscribendis Ebraeorum Epistolis.* 4.

Der Geistliche Wandel eines Christen. 8.

Epitome Conciliorum ex Ruelio & Hartmanno. 8.

De Particulis Ebraeae Linguae, vna cum illius Ellipsibus. 8.

De Doctis Lubecensibus, qui Silesiam, & Doctis Silesiis, qui Lubecam illustrarunt. 4.

IOANNES WILHELMUS PETERSEN.

Non dubito, fore, qui existiment, hunc Fanaticis potius, quam Theologis esse accensendum. Nec ipse propter disseminatos ab illo defensosque errores fanaticos, Ecclesiam hodie affligentes, aliter possum sentire. Interim, quoniam memorabile admodum est ipsius scholasticum curriculum, (si ipsi referenti fides potest haberi) nolui istud, quamuis lepida nonnulla sint admista, omittere. Ita autem scribit in Vita sua p. m. 6 sqq: *Da ich mit den Jahren zunahm, haben mich meine Eltern in die Lateinische Schule gethan, die sehr wol mit Collegen je und je bestellet gewesen, und es an dem Lübeckschen Rath billig zu loben ist, daß sie köstliche Subiecta erwehlen, und ihnen gute Salaria verschaffen, daß sie wegen der Nahrung nicht sorgen dürffen, und allen Fleiß zur Information anwenden können. Man hat mich nie zum studiren treiben dürffen, sondern habe alle Stunden wol in Acht genommen, und die Lichter verstecket, auf daß ich, wenn andere schlieffen, dabey studiren könnte. Wie ich denn auch unterschiedliche Büchlein abgeschrieben, als ich sie gedruckt so bald nicht kriegen konnte. Vornehmlich aber habe ich mich, wie ichs an meiner Mutter sahe,*

aufs

aufs Gebeth geleget, nachdem von ihr gehöret, daß man alles durchs Gebeth von GOtt erlangen könne: weswegen ich vor dem Studiren allezeit GOtt angeruffen, daß er doch solches geseegnen mögte. Und da mirs einsmahls an einem Buch, aber auch an Geld fehlete, dafür ich mir solches kauffete, so gieng ich in die Marien-Kirche, und setzte mich in den langen Stühlen, die hinter dem Altar sind, und bath GOtt, er mögte mir doch was bescheren, daß ich das verlangte Buch kauffen könnte. Als ich nun meine Knie gebeuget und ausgebetet hatte, da lag ein Häuffgen Geld auf der Banck, davor ich gekniet hatte, welches mich sehr stärckete, daß GOtt mein Kindlich Gebet erhöret hatte. Als ich aber eine Weise daraus machen, und wieder durchs Gebet was Geldes erlangen wollte, da hab ich nichts gefunden, nach der weisen Regierung GOttes, der nur alsdenn uns erhöret, wenn wir ohne Absicht einfältig und Kindlich vor Ihm erscheinen. Wenn es doch aber kam, daß ich solte um etwas gestrafft werden, so hab ich mich zu GOtt im Gebet gewand, und manche Straffe abgebeten, worinnen der gütige GOtt den Glauben der Kinder stärcket, daß sie ihr Vertrauen, welches grosse Belohnung hat, nicht wegwerffen mögen. Als ich nun in Tertiam kam, nachdem ich die

vorigen Classes alle durchgegangen war, da bin ich sehr fleißig gewesen, und habe meine Lectiones, sonderlich die Sententien aus des Kirchmanni Florilegio fertig auswendig gelernet, worüber mich der Herr Conrector Bangertus lobete, und mit meinem Exempel die andern, die älter als ich waren, beschämete, und dabey sagte, daß ich es ihnen allen noch würde zuvorthun, und die Crone erlangen, und, wie ers aussprach, den Sand in die Augen werffen, welches ihnen sehr verdroß, und mich deswegen neideten, auch in meinem Nomenclatore eine Crone mahleten, und selbige dick mit groben Sand bestreueten, mit dieser Unterschrifft: Diß ist Petersens seine Crone, und der Sand, den er uns in die Augen streuen soll. Wenn ich dann meine Lectiones fertig herzusagen wuste, so kriegten die andern um meinet willen Schläge, die solche ihre Lectiones nicht konten, wodurch sie so sehr erbittert wurden, daß sie mich, wenn ich aus der Schule kam, schlagen, und mich einmahl über Hals und Kopff die so genannte düstere Treppe herunter stiessen, daß ich meinte, ich würde den Hals brechen, aber doch von GOtt bin bewahret worden. Ich fürchtete mich fast sehr, daß, ob ich gleich meine Lection wol und fertig gelernet hatte, solche fertig herzusagen, damit ich nicht von den andern Schülern geschlagen würde. Ich nahm aber mit den Jahren zu an Fleiß und an Studien, bildete mir aber nicht was damit ein, sondern hielt andere höher als mich, und blieb demüthig im Hertzen. Da ich nach primam transferiret ward, waren köstliche

Praeceptores. Denn als der Conrector Bangertus, der kurtz vorher Rector worden war, starb, ward in seine Stelle der berühmte Rector Hermannus Nottelman erwehlet, welcher mich sehr lieb gewann, und sonderlich Fleiß an mich wandte, welches auch der Herr Polzius, der Conrector, und der Hr. Subrector David von der Brügge thaten, der mir die besten Poëten recommendirte, und selbst köstliche Verse machen konnte, unter welcher guten Anführung ich zunahm, daß ich in eben derselben Stunde, da eine materie, oder quaestion denen, so in Prima Classe in der dritten Banck von oben sassen zu elaboriren aufgegeben ward, und einem jeglichen freystund, eine quaestion, was für eine er wolte, vorzubringen, und darauf die andere in der andern Banck zur elaboration vom Rectore ausgewehleten thematis gewisse argumenta, enthymemata, exempla, similitudines oder sonst etwas zur Oration beytragen musten, ich offtmahls nebst andern, welche in der ersten Banck sassen, und die aus der dritten Banck beygebrachte argumenta und enthymemata ein jegliches an seinen Ort auffschrieben, auf dem Catheder auftreten, und davon ex tempore eine Lateinische Oration halten konnte, worüber sich viele verwundert, daß der Herr Nottelmann uns so perfectioniret hatte. Ich habe in solchen Jahren viel Carmina drucken lassen, absonderlich auf den Todt meiner hertzgeliebten Fr. Mutter, die in dem Herrn mit meiner Schwester seelig entschlieff. Ich habe auch zwey Lateinische Orationes de reddita Lubecae Pace & de Hercule in biuio virtutis & voluptatis agente

te *unter vorgedachtem Herrn Rectore gehalten, und unter dem Herrn von der Brügge ein* Carmen Heroicum de Excidio Hierosolymitano, *ingleichen mit dem Herrn Botsacco, der nachgehends Superintendens in Braunschweig, und von dar nach Copenhagen gekommen ist, das gantze* Hohe-Lied Salomonis, *so von uns in allerhand genera carminum gebracht war recitiret, da der Herr Botsac das, was Christus, ich aber was die Kirche zu ihm in dem Hohen-Liede redet, auf einem Catheder zugleich stehende, memoriter hergesaget haben, mit nicht geringem applausu der Gelehrten, die aus allen Ständen, sammt denen Herren Deputirten des Raths und dem Herrn Superintendenten und seinen Collegen zu solchen Actibus Oratoriis & Poëticis in dem Auditorio sich häuffig einzufinden pflegten, und unter andern auch der sehr gelehrte Dom-Secretarius, Herr Pellicerus war, dem meine Verse so wol gefallen, daß er mir des Herrn Danckwerts Holsatiam verehret.* Haec ipse Petersenius, qui vtinam res suas tam praeclare in Ecclesia egisset, quam in Schola egit! Vtinam humanioribus litteris (in quibus, quod negandum non est, egregia praestare potuisset) excolendis docendisque vnice operam nauasset, muneribus, quae sacram scientiam iubent profiteri & cum aliis communicare, ob ingenium, feruidum quidem & acutum, sed nouaturiens & ad Fanaticismum procliue, nunquam fuisset admotus. Quantum inde damnum Ecclesiae, incorruptam sacram doctrinam amanti, sit obortum, notissimum est & ab orthodoxis Theologis dudum demonstratum.

Leg.

Leg. vel ſolus Timotheus Verinus V. E. Loeſcheri, Theologi incomparabilis & de coetu ſacro immortaliter meriti, P. I. p. 62 ſq. Addo recentiſſimum ſcriptorem Io Georg. Bertramum in Hiſt. Eccleſ. Luneb. p. 256-- 292, qui, praeter alia, adducit etiam p. 271 ſq. verba, quibus B. Fechtius eum ex Albo Theologiae Doctorum Roſtochii creatorum proſcripſit. Defendit nuper admodum hoc factum Fechtianum ſtrenuus ille veritatis vindex, Sebaſt. Edzardus in Animaduerſſ. ad Chriſt. Eberh. Weismanni Hiſtor. Eccleſ. N. T. pag. 80.

PAVLVS PETREIVS.

Theologum hunc Roſtochienſem laudauit Georgius Daſſenius, Mathematum quondam in Roſtochienſi Academia Profeſſor. Extat eius ſcriptum in Celeberr. Goetzii Elogg. Germanor. Theologor. pag. 15 ſqq. Illo teſte, natus eſt Petreius Roſtochii 1562 d. 25 Martii, & (vid. p. 17) *primum ſcholam patriam frequentauit, in qua cum fundamenta prima, quae ad florentis adoloſcentiae captum requiruntur, fideliter ieciſſet, in Lubecenſem miſſus eſt, in qua per aliquot annos bonis litteris ſedulam operam nauauit, vt tandem idoneus cenſeretur, qui in Academiam patriam reuocaretur.* Praeter patriam, inuiſit etiam an. 1590 Ienenſem Academiam, quae ei honores Magiſtri conceſſit. In vtraque ſtrenuus fuit liberalium artium ſacrarumque litterarum cultor. Vnde etiam Iena Roſtochium eſt reuocatus, oblato ipſi Symmyſtae primum, deinde an. 1609 Archi-

Diaconi

Diaconi templi Mariani munere, quod insigni cum laude gessit. Non minus profuit Academiae, cuius publicis disciplinae sanctioris doctoribus est adscriptus, factus an. 1604 Davidis Lobechii, Theologi praestantissimi, successor. Ad coelestem Academiam transiit an. 1611. d. 29 Octobr. relictis his, annotante Wittenio in Diar. Biogr. ad an. 1611, ingenii monumentis, *Theologicis* scilicet *Disputationibus*

De Deo.

De religiosa Adoratione, seu vera Inuocatione.

De Obiecto religiosae Inuocationis, & potissimum de inuocando in piis precibus Christo IEsu θεανθρώπῳ.

De Angelis Bonis & malis.

IOANNES EHRENFRIED PFEIFFER.

Misena-Misnicus, Theologi & Philologi famae immortalis, B. AVGVSTI PFEIFFERI filius, luce an. 1676. d. 14 Ian. frui coepit. *Ab anno aetatis decimo & tertio, quo tempore Parens Lubecam concesserat, Gymnasio ibidem interfuit.* Vid. Auctores Nou. Lit. Mar. Balth. 1704 p. 33, quorum verba reddidi. Addo, quod publico etiam specimine in Athenaeo nostro diligentiam probauerit. Anno enim 1694 d. 25 Octobr., socium nactus *Henricum Siuers*, hodie Cantorem Lube-

Lubecensem meritissimum, Collegam nostrum honoratissimum, auspiciis Suantenianis Actum Oratorium Gymnasticum de serenissimo ac potentissimo Britanniarum, Hiberniae & Franciae quondam Rege, CAROLO I. STVARTO instituit. Sub initium an. 1695 Kilonienses salutauit Musas, quas tamen mox, volente patre, reliquit, & Wittebergam accessit. Visus hic primum est in cathedra Theologica, cum B. Phil. Lud. Hannekenii *Tract. de Gradibus Sanctitatis viatoris Christiani* defenderet; deinceps Philosophica, ad quam in Magistrorum societatem cooptatus, viam sibi strauit praeside *Theod. Dassouio*, LL. OO. P.P., hodie Praesule in Holsatia summe reverendo, optimeque merito, *Altare Exterius Hierosolymitani Templi, ad mentem Hebraeorum veterum delineatum*, d. 13. Octobr. 1697 publice tuendo. Reuertebatur deinceps in patriam, ex qua, illustri Stipendo Schabbeliano auctus, Rostochium se contulit. Hic cum quibusdam scriptis, industriam ipsius & eruditionem indicantibus, inclaruisset, a Senatu Gustrouiensi an. 1703 ad munus ecclesiasticum obeundum rite vocatus est. Leg. de Vita eius Nou Lit. M. B. I. c. 33 sq. coll. 1708, p. 169, vbi Ecclesiae Parochialis Gustrouiensis Pastor appellatur. B. Habichhorstii Rostoch. Lit. pag. 371 sq. B. Frid. Thomae Analect. Gustrouiens. p. 56 sqq. Scripta eius sunt

Obseruationes quaedam de Dignitate Occidentalis Plagae in Re Sacra Hebraeorum. Witteb. 1697. 4. Resp. Christ. Warneyer.

Oratio Solemnis, quo D. Georgio Radovio, Rev. Capituli Lubecensis Praeposito, eiusdemque Reipublicae Syndico, nec non Consistorii Praesidi, parentauit. Rostoch. 1699. Vid. Nou. Lit. M. B. h. a. p. 164.

Sermo Funebris memoriae Paternae Rostochii solenniter dictus. 1699. Reperitur secundo loco in *Memoria Augusti Pfeifferi.*

Obseruationes ad Scriptum nonneminis: Untersuchung etlicher Oerter des Neuen Testaments, die wegen bißher übler Ubersetzung die Warheit auffgehalten haben. Auff allergnädigsten Befehl einer hohen Person gedruckt. Dantzig. 1699. *Rostoch.* 1700. 4. Praesidem elegit *Io. Fechtium.* Scripsit autem contra famosum illum *Casp. Ern. Trillerum*, qui refutati Libelli auctor est. Quinque constituit classes, in quibus 1. probabilia. 2. obscura. 3. otiosa. 4. iniuria. 5. heterodoxa, in citato libello occurrentia, erudite examinauit.

Dissertatio Obseruationes suas ad libellum nouiter editum: Untersuchung etlicher Oerter des Neuen Testaments &c. *anno superiori mense Septembr. propositas, ab Epistola* Ludouici Burgatis *ad Theophil. Strombergium, quae ipsa in gratiam legentium praemissa est, adserens & vindicans.* Rostoch. 1701. 4.

Pentas

Pentas Thesium Theologicarum de Dei Praescientia, de Poenitentia Lapsorum, de Phrasi Biblica vel Sacra quoad sermonem familiarem, de Probatione Scripturaria circa Dei existentiam & de Remissione ac retrogrado peccati reatu. Rost. 1701.

Ad bibliothecam promissam & latentem pertinent scripta

De Neruo Probationis Sententiarum Biblicarum, a non-θεοπνεύςοις prolatarum.

Quantum Res Litteraria Stipendio Schabbeliano debeat.

IOANNES POLZIVS.

Filius *Ioannis Polzii*, Conrectoris Lubecensis meritis inclyti (vid. Athen. P. I. p. 86 sqq), an. 1660. d. 4 Decemb. humanae societati est illatus. Didicit in Athenaeo nostro & curriculum suum scholasticum ipse descripsit ita, vt aliis possit proponi exemplum, quod imitentur. Operae igitur erit pretium, illud ex Praefat. Oratoris Latini hic exhibere. Ich bin, ita scribit, von „einem Schul-Manne gebohren, welcher als „Rector der Wismarschen; als anfangs Sub her„nach Conrector der Lubecschen Schulen vor„gestanden. Dieses meriten und Ruhm leben „noch in dem Andencken vieler vortrefflichen „Männer, die sich seiner Information nützlich „bedienet. Der hochberühmte Herr Morhof, „der in informations-Sachen einen überaus pe„netranten Verstand blicken lassen, giebet ihm „längst nach seinem Tode in einem Program-

N mate

„mate das öffentliche Zeugniſs, daſs ſeines glei-
„chen ſehr wenig. Es iſt leicht zu gedencken,
„daſs derſelbe mich, ſeinen einigen Sohn, gerne
„aller unnöthigen Mühe in Erlernung der Spra-
„chen befreiet. Wie ich denn bezeugen kan,
„daſs ich niemahls mit unnûtzen Vocabulis
„und Regulis Grammaticis gemartert worden.
„Er merckte an mir eine natûrliche inclination
„zum Studiren, dabey mir niemahls die gering-
„ſte reflexion auff eine andere Profeſſion ein-
„gefallen. Alſo muſte an ſtat verdrieſsliches
„memorirens einige Stunden des Tages mit zu-
„hören, wenn andere die Auctores explicirten.
„Und ich erinnere mich noch, mit welchen
„Freuden ich einmahl gefaſſet, daſs *malus* ein
„*Maſt-Baum* hieſs. Auſſer gemeldeten Stun-
„den durffte mich mehrentheils meiner natûr-
„lichen Freyheit gebrauchen, weil der klûg-
„lich-ſorgfältige Vater nicht ſahe, daſs ein ſon-
„derbahrer Miſsbrauch derſelben zu befahren.
„Weil nun durch das Anhören ſich eine Begier-
„de fand, mich auch hören zu laſſen, gieng das
„Exponiren glûcklich von ſtaten. Die Ord-
„nung der Worte, und den Unterſcheid Teut-
„ſcher und Lateiniſcher Red-Arten fand gar
„bald: und meine erſten exercitia waren Con-
„iugationes phraſium, wie ſie im Lûbecſchen
„Donat zu finden. Die Memorie muſte im
„Catechismo und allerley ſchönen Gebeten
„exerciren. So bald der kluge Baumeiſter
„merckte, daſs ein guter Grund gelegt, weil
„viele Worte, Phraſes und die Connexiones
der

„der Praepositionum ohne allen Zwang im Ge-
„dächtnisse blieben, brachte er, und zwar noch
„etwas später, als man sonst bey so bewandten
„Umständen zu thun pfleget, mich an die Com-
„position. Doch dieses Auffhalten machte mich
„hernach desto geschwinder lauffen. Damit
„auch alles leichter würde, gab er mir die teut-
„sche Texte in die Hand, und wenn ich meine
„Meinung, wie dieses oder jenes zu vertiren,
„gesaget, ward dieselbe approbiret, oder ohne
„weitläufftigem raisonniren die Verbesserung
„an die Hand gegeben. In der emendation
„blieb allemahl die starcke Hoffnung bald was
„grössers auszurichten. Die bey währender
„dieser Arbeit excerpirte zierliche Periphrases
„waren mir so angenehm, dass ich gar zeitig
„dahin trachtete selbe anzubringen. Dadurch
„ward mir copia vnd ornatus styli ohne Mühe
„empirice bekannt. Ehe ich auch von der ge-
„ringsten Regel zu amplificiren was wuste, fieng,
„weil ich nur dauon hörete, vnd etwas weni-
„ges von exempeln sahe, *Chrien* vnd *Oratio-*
„*nes* zu machen an. Obgleich nun alles etwas
„kindisch herauskam, insonderheit, wie ich
„mir selbst ein Thema ludicrum wehlete, vnd
„solches in einer langen Oration ausführete,
„waren dennoch die Triebe der gern forteilen-
„den Natur meinem Vater sehr angenehm. Er
„achtete mich darauff tüchtig, die publicas le-
„ctiones in Prima Classe mit anzuhören, wie-
„wohl ich noch sehr iung war. Vnd daselbst
„reitzeten mich meine commilitones zu einer

„solchen Aemulation, welche eine sonderlich „grosse Bemühung um einen zierlichen Stylum „nach sich zog. Der Herr *Hinckelmann*, der „gleich dazumahl als Rector der Schulen vor-„zustehen anfing, fand demnach in meinen „ihm offerirten Speciminibus eine luxuriantem „copiam: welche denn zumahl an einem Men-„schen von meinem damahligen Jahren zu lo-„ben war. Doch weil er sahe, dass ich leicht „allzu diffuse zu schreiben incliniren möchte; „erinnerte er gar zeitig etwas zu reseciren. Ich „hatte also zwey vortreffliche Praeceptores, ei-„nen der mich ad *puram, copiosam & elegantem ora-„tionem* sehr wohl angeführet: den andern, wel-„cher die *composition*, das *distinctum & probe cohae-„rens orationis genus*, auch was überall beym *Sti-„lo* zu obseruiren, seinen discipulis beyzubrin-„gen bemühet war. Der Erste aber, mein wehr-„tester Vater, gieng für mich gar zu frühe in die „Ruhe seines Herren, da ich kaum das 16. Jahr „angetreten. Allein GOtt schickte es gnädigst, „dass der andere sich als einen Vater wieder of-„ferirte, und viele Proben väterlicher Treue, da-„für ich lebenslang ihme mich verbunden ach-„te bewiese. Nach vieler junger Leute böser „Gewohnheit war ich weder vor noch nach „meines seeligen Vatern Tode mit der blossen „Anhörung lectionum publicarum & priuata-„rum (deren doch eine grosse Menge, sowohl „*Graecorum*, als *Latinorum Scriptorum*, *Oratorum*, „*Historicorum & Poëtarum*) zufrieden. Ich nahm „occasione solcher Lectionum viele andere Bü-

cher

„cher in die Hånde: viele auch aus eigener Be-
„wegung. Es liegt mir noch in Gedancken,
„mit welcher Vergnûgung ich des Epicteti En-
„chiridion, so mein Vater priuatim erklårete,
„des *Arriani Sermones*, *Simplicii* und *Salmasii Com-
„mentarios*, imgleichen *Senecae Schrifften* hinzu-
„gefûget. Wie ich auch an des *Barclaii* und
„*Lipsii* angenehme Scripta kam, behielt viel
„dauon, ohne daſs solches iemand von mir for-
„derte, im Kopfe. Ein ieder wird ihm gar
„leicht vorstellen, daſs bey solchem Zeitvertreib
„eine rechtschaffene Begierde etwas zu lernen
„mûsse gewesen seyn. Ich dancke auch GOtt
„fûr die Gelegenheit, die er mir durch den Her-
„ren *Hinckelmann* gab, viele Dinge mit etwas bes-
„seren Augen, als insgemein geschiehet, anzu-
„sehen. Diesen hörete mit grosser Lust publice
„und priuatim dociren *Theologiam*, dabey Er zu
„einer ernstlichen Gottseeligkeit sonderlich auf-
„munterte, *Nouum Testamentum*, welches Er pri-
„vatim also mit einigen vornam, daſs wir aus
„dem Griechischen Text sogleich das Teutsche
„lesen musten, *Logicam*, *Rhetoricam*, *Ethicam*,
„*Politicam*, *Geographiam*, *Historiam*, *Ebraica*, *Ci-
„ceronis Orationes*, *Oratorem perfectum* vnd einige
„Philosophische Bûcher, *Liuium*, *Polybium*, aus
„welchen er einige *Ideam Historiae Pragmaticae*
„vnd *accuratioru Politicae* zu geben bemûhet war.
„Wie manierlich Er auch ad cognitionem mul-
„tarum rerum durch *excerpta*, die unserer viele
„aus gewissen Bûchern einer dem andern com-
„municireten, vns gefûhret, erinnere mich mit

„ſchuldigſter Erkäntlichkeit. Nicht weniger „æſtimire das kluge Zeugniſs ſeiner groſſen Lie„be, daſs er mir des *Hermogenis* und *Phalerei* Scri„pta ſonderlich recommendiret, auch den *Pla„tonem, Antoninum de Rebus ſuis ad ſeipſum, Camera„rii Notas in Nouum Teſtamentum* &c. zu leſen auf„gemuntert. Welches denn ſo viel gefruch„tet, daſs noch itzo die damahls gemachte *Ex„cerpta* aus dem Hermogene und Phalereo mit „Freuden anſehe: wie auch, wozu er in *Hiſto„ria Philoſophica* durch Suppeditirung des Her„ren *Thomaſii Diſſertationum de Stoica Mundi Exu„ſtione* weiter nachzudencken Gelegenheit ge„legenheit gegeben. Nebſt den *Studiis Oratoriis* „applicirte mich dazumahl mit beſondern Ernſt „auf das *Studium Logicum* vnd conferirte ſchier „30 *Auctores*. Ich merckte, daſs die Wahrheit, „welcher Cognition die Logica verſpricht, eine „ſo edle Sache, daſs dieſelbe zu lernen und zu „wiſſen billig höchſt angelegen ſeyn müſte. „Und ich ſuchte mir ſonderlich ein wohlver„bundenes vnd an einander hangendes Syſte„ma, welches gefunden zu haben meinete, wie „ich an des *Werenbergii Exercitationes Logicas* kam. „Hat mich auch, nachdem ein *Collegium Logicum* „*M. S.* des *Cornelii Martini*, ſo ſehr wohl gefaſt, „und *Iacobi Martini Inſtitutiones Logicas*, imgleichen „was Er *contra Keckermannum* geſchrieben, con„feriret, und mit Fleiſs geleſen, zu dieſer ge„meldeten ihren Gedancken gantz geſchlagen. „Da mir alſo eine andere Eintheilung Logicae, „deren Auctor *Cammerhoſius*, in die Hände ge-

rieht,

„rieht, verwarff ich dieselbe mit grossem Ey-„ser. Darum wie die Reie an mich kam, dass „ich nach vnserer Schulen damahligen Ge-„wohnheit *Theses ad Disputandum*, worinn mich „mit grosser Lust exercirte, proponiren sollte, „offerirte ich dem Seeligen Herrn *Lipenio* die *Re-„futation dieser Thesium Cammerhofii.* Allein ich „kam vnrecht an, weil der Auctor diesem mei-„nem auch Hochwehrten Praeceptori bekant „war, vnd er mir die Klugheit übel deutete. „Doch wie ich in einer langen *Apologia* meine „Meinung und deren Grûnde declarirte, liess „er sich gar gûtig vernehmen, ich möchte nur „darum andere Theses auffsetzen, weil inson-„derheit um des Herrn Rango willen (der, wo „mir recht, ein discipulus des seeligen Herrn „Cammerhof), er solche Dinge, die leicht aus-„brechen könnten, nicht disputiren wolte. Ich „selbst fûhre auch itzo von den damahls ver-„worffenen Vorschlâgen andere Gedancken. „Bey dem Studio Logico vnd Oratorio liess mir „ferner sehr die *Historiam Philosophicam* angelegen „seyn. Denn weil ich viele *Placita vnd dogmata „Philosophorum* wuste vnd sahe, so wûnschte aus-„fûhrliche Nachricht, wie man doch auf die „Wissenschafft selbst kommen, vnd woher man „in Principiis und Conclusionibus so uneinig „worden. Ich lase deswegen viele Schrifften „durch, vnd verfertigte, ohne dass mir die ge-„ringste Anleitung in Dispositione, oder son-„sten, ausser durch Suppeditirung dienlicher „Bûcher gegeben, eine *Historiam Scholarum vom*

„*Anfange der Welt biß auff die Zeit der Gebuhrt Chri-*
„*sti.* Vnd diese An. 1676. im meinem 16. Jahr
„verfertigte Dissertation hatte soviele *erudita ob-*
„*seruata*, dass der seelige Tit Herr Pomarius,
„damahliger Lübeckischer Superintendens, zu
„dem Herrn Hinckelmann gesagt: *Sie wäre*
„*werth, daß sie gedrückt würde.* Das avantagieu-
„se judicium munterte mich nun sehr auff, und
„weil ich selbst diese Dissertation zum Druck
„zu unvollkommen schätzte, war auf etwas
„anders bedacht, wodurch einige mehre Hoff-
„nung von meinen studiis machen könnte. Zu
„welchen in Theologicis auch der Herr *Poma-*
„*rius* das seine beygetragen, wie er eine *Isago-*
„*gen ad Libros Symbolicos* suppeditirte, und mich
„und meine condiscipulos ad *Disputationes Theo-*
„*logicas*, die mir denn eine Reitzung waren,
„schon dazumahl mir die *Controversias*, sonder-
„lich mit den *Pontificiis* vnd *Caluinianis*, bekannt
„zu machen. Bey diesen Disputationibus trieb
„mich zu mehren Fleiss sonderlich dieses an,
„dass ich sein Wohlgefallen daran sahe, als ich
„im opponiren aus den verbis der Responsion
„eine *Instantiam* machte, die auf meinem Zettel
„nicht kunte vorher geschrieben haben. *Nam*
„*vt*, iudice Dn. Pufendorfio, *immane quantum re-*
„*frigerantur ingenia, si deprehendant, dum vulgo se-*
„*se laborant eripere, liuorem & inscitiam impune in*
„*se dentem exercere; sic nouo vigore efflorescunt &*
„*oborta taedia eiiciunt, si intelligant sibi applaudi.* Ich
„machte mich mit grosser Hoffnung eines sol-
„chen sonderbahren Applausus an eine der
wich-

„wichtigsten Materien, nemlich an die *Cogni-*
„tion meiner selbst und der menschlichen Seelen. Da-
„von lase sehr viel, meditirte darüber noch
„mehr, excerpirte, ordnete alles nach mei-
„nen Gutdüncken aus. Vnd ich dancke mei-
„nen wehrtesten Præceptori, daſs er mich in
„soweit meine eigene Wege gehen lassen: weil,
„wie man spricht, die Hüner in ihrem eigenem
„Neste am liebsten brüten. Ich kam dadurch
„auf ein *freyes examen vieler principiorum*: Vnd
„wiewohl ich mich gantz für *Praeiudiciis* dazu-
„mahl unmöglich hüten konte, ward doch das
„Gemüthe also nicht gantz Sclavisch, sondern
„ich fand mich hernach bey anwachsenden
„Jahren in einem sehr indifferenten Stande, und
„mich von allen irrigen Praeiudiciis zu liberi-
„ren nicht incapabel. Also kam endlich dieses
„*Specimen Anno 1681, da ich das 17 Jahr meines Al-*
„*ters hinter mich geleget, heraus*, worinn ich zwar
„itzo qua materiam & formam viel zu tadeln
„habe, doch lasse die, welchen es zu Gesichte
„kommen möchte, iudiciren, was dauon zu
„halten sey. Das weiſs ich wohl, daſs dazu-
„mahl viele es mir nicht zutrauen wolten, daſs
„einer, der fast keine solche studia Philosophica
„getrieben, solte von selbst in der materie soviel
„zu fassen tüchtig seyn. Man kan nunmehro
„vrtheilen, wie meine Schul-Jahre zugebracht,
„und ob in humanioribus was rechtes zu be-
„greiffen Gelegenheit gefehlet Dieses kan
„versichern, daſs schon dazumahl an ein *Sce-*
„*leton Orationis* gedacht, welches in seinen Par-

„ticulis vnd Formulis Connexionum sowohl, „als Transitionem mit allerhand Sachen könte „angefüllet werden: wie ich denn ein solches „in Gedancken formirtes Proiect auch meinem „Herrn Præceptori eröffnet. Haec de curriculo suo scholastico ipse Polzius, qui tamen non commemorauit, quod an. 1676 d. 24 Novembr. vna cum *Nicol. Henr. Masio* & *Christian. Scheuio*, in Actu Oratorio publico, ad quem B. Hinckelmannus pererudito de Patriarcharum Scholis Programmate Auditores conuocauit, *de Scholarum publicarum Dignitate* verba fecerit. Simili modo in eadem Praefatione vitam in Academiis Wittenbergensi, quam an. 1678 adiit, Rostochiensi (vbi Praeside Döbelio *de Aëre* disputauit, applaudente per honorificum carmen ipso Schomero) & Kiloniensi (vbi non tam discendo, quam alios potius docendo tempus consumsit) actam prolixe descripsit, variaque annotauit, quae incredibilem plane omnium litterarum amorem ostendunt. Quemadmodum vero de emendanda vulgari iuuentutis institutione multa dudum ceperat consilia, ita exoptatam nanciscebatur occasionem, qua posset experiri, an cuncta bene excogitata feliciter etiam possent adhiberi. Anno enim 1689 Scholae Ioanneae Luneburgensis Conrector vocabatur, quod munus ipse Morhofius nitido & multa laude referto Carmine ei gratulatus est. Vid. ipsius Opp. Poët. Latin. pag. 212 sq. Cum vero spartam hanc bene ornasset, tandem an. 1694 ad Rectoris dignitatem ascendebat.

Lice-

Licebat autem ei esse adeo felici, vt in puluere scholastico non consenesceret, sed an. 1701 sacrum Pastoris Preezensis munus obtineret, in qua statione an. 1706 diem obiit supremum. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1705. p. 57 sqq. Celeberr. Ludouici Histor. Scholar. P. I. p. 45. Ingenii foetus, praeter eos, quorum ipse iam fecit mentionem, edidit varios. Adducam illos, qui mihi innotuerunt. Hi sunt

Disputatio de Harmonia Musica. Witteb. 1681. Vid. quae ipse in citata Praefat. de hac Disputatione disserit pag. b 5.

Epistola Genethliaca ad generosissimum adolescentem Franciscum Ranzouium, Equitem Holsatum in Rastorf &c., cum annum aetatis supra decimum tertium finiret, quae rationem studiorum, cum aliorum, tum praecipue Pietatis, Virtutis, Historiarum atque Eloquentiae adumbrat, 1686. Inserta est citatae Praefationi.

Der Geschickte Lateinische Redner, Paradoxon Nov-Antiquum. Oder Wohlgegründete Gedancken von der besten Art kluge und beredte Männer zu erziehen, durch so vernünfftigen als rar gewordenen Gebrauch der Lateinischen, auch wol Griechischen Scribenten, nicht allein den Verstand zu schärfen, sondern auch den Willen zum Moral-Guten kräfftigst zu lencken. Welche wie sie bey sorgfältigen Nachsinnen erwachsen, also von der Erfahrung bestätiget, nun allen Obrigkeiten und Eltern, die der Ihrigen glückliche Erziehung verlangen, zu reifer Überlegung vorgestellet werden. Luneb. 1694. 12.

De

De Vera ad genuinam Veterum Eloquentiam Via Tractatus. Vid. Nou. Lit. Mar. B. 1706. p. 58.

Treuer Rath zu allem, was seine discipuli sich in der Oratorie anschaffen, und worinn sie sich üben sollen, zu klugen Gedancken und geschickten Reden, auch völligem Oratorischen Begriff dergleichen Scribenten zu gelangen. ibid 1701 4. Vid. Nou. Lit. M. B. 1701. p. 63 sq, vbi sex Tractatus, ad dicendi artem spectantes, in hoc Consilio promissi recensentur.

Programma varios labores Logicos, ad formandum rite iuuentutis intellectum susceptos, enarrans. ibid. 1701.

Programma Rhetorica studia, eloquentiae parandae ergo cum discipulis tractata, nec non quinque & triginta Orationibus, subinde habitis, confirmata, recensens. ibid. 1701

Sieg des Glaubens ex Ebr. IV. 15. 16, in funere *Detlevi Reventlovii*, Equitis Aurati, Consiliarii intimi Regis Daniae. &c. 1702. fol. pl. 14. Conf. N. L. M. B. 1702. p. 245 sq.

Trost-Schrifft und Ehren-Gedächtniß, darinn (Tit.) Hrn. *Christian. Rantzau*, J. K. M. in Dennemarck Geheimten- und Land Raths &c. *lebendige Hoffnung, starcker Glaube, Freude im Leyden* aus 1. Pet. I 3-9 vorgestellet. Ploen. 1705. fol. pl. 8½.

HERMANNVS RATHMANN.

Virum hunc satis notum vti Lubeca filiis & facer ordo Gedanensis membris suis (fuit enim Catha-

Catharinianae Ecclesiae Pastor), ita Gymnasium nostrum alumnis suis accenset. Probo istud verbis his ex Conc. Funebr. p. 17 desumtis: *Weil GOtt ein schönes Ingenium ihm verliehen, und sein Hertz mit sonderlicher Liebe der Studiorum entzündet hatte, hat der seel. Herr Doctor* Gualtperius, *Gymnasii Rector, seine Eltern* (*Hanß Rathmann und Anna Lennepellin*) *dahin beredet, daß sie diesen ihren Sohn beym Studiren liessen, denn sie sonst lieber beym Kauffhandel wissen wolten.* Vtinam in doctrina de verbo diuino, cuius efficaciam in dubium vocabat, sanarum loquendi ac scribendi formularum habuisset rationem, quanta eius potuisset esse fama, quoniam neque ingenio, neque eruditione fuit destitutus? Esse autem ipsius errorem in *Erinnerung was die Schrifft sey und wircke* & aliis scriptis propositum ac pertinaciter defensum, grauem, nec vllo modo excusandum, quicquid etiam contendant nonnulli, recentiores praesertim, qui scapham appellare scapham verentur, dudum Theologi purioris doctrinae vindices probatum dederunt. Leg. Scriptum peculiare a Theologis Saxonicis, iussu IO. GEORGII I, Electoris, Rathmanno oppositum & Lips. 1629 editum: B. Frid. Christian. Bücheri Rathmannus Rediuiuus Lips. 1697 & System. Anti-Fanatic. Articul. III passim: B. Sam. Schelguigii Wigandiana p. 19 ac Synops. Controuersiar. Artic. III. p. 28 sqq. B. Io. Georg. Neumannus in Theolog. Aphorist. p. 166. 170. 192. Conf. B. Val. Alberti, siue Michi

Vlmitzii

Vlmitzii Dissertat. Theol. de Efficacia Verbi Divini interna. Ab hoc errore si discesserimus, laus diligentiae atque eruditionis Rathmanno, an. 1628 mortuo, non poterit denegari. Fidem faciunt ipsius scripta, in Wittenii Diar. Biogr. 1628. 30 Iun. Koenigii Biblioth. p. 679 & Lexic. Erudit. German. pag. 1825 commemorata. Speciminis loco hic adducam vnice eius

Priscorum Patrum, Tertulliani & Cypriani, Philosophiam. Vit. 1619. 4. Alph. 3. pl. 9. De quo libro Auctores Relatt. Inn. 1712. p. 981 ita iudicant: *Sind des bekannten Dantziger Predigers Excerpta aus den beyden Vätern, nach der Ordnung der Theologiae positiuae & moralis. Er hat alle Patres so excerpiren wollen, es ist aber weiter nichts zum Vorschein kommen. Es erscheinet ein ziemlicher Fleiß und gutes iudicium darinne, und kan wieder das Pabstthum gebrauchet werden.*

IOANNES REICHIVS.

Familiae Reichianae, quae in ordine sacro Lubecensi diu floruit, felix dedit auspicium. Dabatur conspiciendus in hac ciuitate IOANNI REICHEN ac CATHARINAE SCHELEN, qui optimi parentes nihil omiserunt eorum, quae ad salutarem filii educationem pertinebant. Praecipue vero publicae illum institutionis participem reddere studuerunt. Laudantur ideo a B. Seb. Meiero in Memor. Reichii nostri ap. Goetz. in Elogg. Theolog. Germ. p. 190 sq his verbis: *Posteaquam adultior factus,*

eam

eam attigit aetatem, vt gregi discentium annumerari, atque praeceptoribus in disciplinam tradi posset, eundem illis potissimum fingendum refingendumque committere voluerunt, a quibus semper venustior, politiorque domum reuerteretur. Et cum id temporis celebrem Lubecae ludum admodum reuerendus & excellentissimus Dn. OTTO GVALTPERIVS, SS. Theol. Doctor haberet, in eo toti fuerunt, vt eius curae & inspectioni filium suum commendarent, quod etiam obtinuerunt. Ille enim humaniter receptum rigare, fouere, in alias, atque alias transferre areolas, donec earum esse virium deprehendit, vt ipse ingenii sui vires in eo excolendo vsurparet: ubi etiam nihil in se desiderari passus est, sed in id vnice incubuit, vt in eo, omni laudis exemplo exornato, viuum Gualtperianae disciplinae specimen extaret. Iactis igitur fideliter in patria fundamentis, pie noster defunctus Dn. M. Reichius coelo se commisit Academico. Primum autem inuisit Rostochium, deinceps Francofurtum & tandem an. 1613 Wittenbergam, vbi teste Meiero l. c. p. 191, *eruditis aliquot reconditae sapientiae documentis editis, praecipuis Theologiis, FRANTZIO, BALDVINO, & quem priori loco commemorari fas erat, HVTTERO, at quantis viris! ita familiaris esse coepit, vt nihil fere coniunctius esse posset.* Addo his BALTHASAREM MEISNERVM, sub cuius praesidio an. 1614 *Disputationem Theologicam de Caluinismo fugiendo, ob principium eius incertum, quod est Rationis speculatio*, defendit. Anno eodem 1614 reuocabatur in patriam ad Symmystae Aegidiani munus suscipiendum, quod an. 1621 cum Pastoris dignitate permutauit. Hanc *prouin-*

ciam,

ciam, vtor denuo verbis Meieri l.c. p.194, *totos septem & viginti annos, in Ecclesia & Consistorio, tanta prudentia, integritate & candore administrauit, ut nullis se praeiudiciis, muneribusque transuersum ab aequitate vnguem deflecti pateretur. Et cum conciones eius, quas ad populum habebat, lucernam olerent, tum quoque totis ipse Suadae, gratiaeque suae viribus in eam curam incumberet, ut auditores concionibus suis excitati, cottidie magis ac magis in curriculo verae pietatis progrederentur, ex eorum commodis sua quasi comparabat incommoda. Valetudinem enim suam, quae satis erat tenuis, litteris se inuoluendo, meditando, & loquendo adeo debilitabat, ut vim eidem inferre non semel videretur.* Obiit an. 1648. Superest in Templo Aegidiano eius Epitaphium, sequenti inscriptione ornatum:

Christus amor, Christi meritum mihi gaudia, Christo
Confisus, Christum voce fideque colo.
Christe, Tibi viuo, morior Tibi, & omne per aeuum
In Christo viuam, laetitiaque fruar.

Sic olim vouerat M. I. R. qui pie in
Christo obdormiuit A. C. 1648 aet.
61. Ministerii 34. Pastoratus 27
Anno 1649.

Pl. Reuerendo ac Clarissimo Dn. M. Johanni Reichio, Pastori Aegidiano meritissimo, Parenti venerando, monumentum hoc duo filii & gener posuere.

IOAN-

IOANNES REICHIVS.

Patrem coluit *Ioannem Reichium*, modo laudatum, matrem autem *Barbaram*, Matronam ornatissimam, *Georgii Stampelii*, Praesulis Lubecensis grauissimi, filiam. His parentibus natus est verno tempore anni 1617. Vt vero in spem patriae efflorescеret & *statim*, referente Suantenio in Memor. eius ap. Goetzium l. c. pag. 629, *a prima pueritia salutaribus vitae praeceptis imbueretur, & sapientiae studiis moribusque bonis perpoliretur, commissus est laudatissimae tunc temporis curae virorum de Ephebeo nostro optime meritorum & in docenda iuuentute summa cum laude versatorum* Kirchmanni, Meieri, Kockerti, *qui adolescentulum in viam virtutis & bonae doctrinae solertia laboreque suo ducerent. Quorum etiam ductu atque auspicio ea tam in Latina, Graecaque, quam Hebraica litteratura iecit fundamenta, quibus instructior ad maiora opera molienda atque perficienda euaderet.* Fecit hoc, atque tam philosophicis, quam sacris studiis tempus in Academiis religiose triuit. In Regiomontana tres consumebat annos, & tandem Magistri honores adeptus abibat. Rostochii non solum Theologos audiuit, sed & ipse scholas Ebraicas Graecasque aperuit. Wittenbergae tandem, praeter alios, *Hülsemannum* & *Lyserum* audiuit, pro rostris Academicis Respondens ac Praeses egregie stetit, alios docuit, & Ordinis Philosophici Adiunctus euasit. Rebus optime gestis reuersus in patriam, electus est an. 1649 Symmysta, an. 1662 Pastor Aegidianus,

nus, anno autem 1585 sacri Ministerii Senior. Cuncta munia magna laude administrauit, vsque dum an. 1688 e vita migraret. Confirmant quaedam a me dicta haec, quae in eius Epitaphio, quod habet Templum Aegidianum, hodieque leguntur, verba:

M. IOHANNES REICHE, M. IOH. REICHII, Past. quondam huius Eccles. filius & successor, natus Lubecae A. C. MDCXVII. XIII Mart. ad Presbyterium Eccles. huius vocatus A. XLIX. Pastor factus A. LXII. Senior Rev. Minist. declaratus A. LXXXV. placide in Christo obdormiuit A. LXXXVIII. d. VIII Maii, seruus DEi fidelis, Ecclesiae, vxori, liberis, cognatis desideratissimus.

Reliquit ingenii monumenta

Disputationem Theologicam de Fide Infantum. Rost. 1642. 4. Praes. Io. Quistorpio.

Historiam Passionis Domini nostri. ibid. 1642. 4. Praes. Elia Taddelio.

Dissertationes Exegeticas in IV & XV Capp. Iohannis, Witteb. Praes. Wilhelm. Lysero.

Dissertationem de Missione Filii DEi. ibid. Praes. Io. Hûlsemanno.

Τετραγράμματον, *siue de nomine DEi proprio* יהוה *Disputationem Philologicam priorem* κατασκευαστικήν. ibid. 1646. 4. Praes. Andr. Sennerto.

Τετραγράμματον, *siue de Nomine DEi proprio* יהוה *Disputationem Philologicam posteriorem* ἀνασκευαστικήν. ibid. 1646. 4. Resp. Io. Vorstio.

Dispu-

Disputationem de Virtute Heroica. ibid.

Disputationem de Iustitia. ibid. 1647. Resp. Casp. Alexandro. Hanc d. 4. Febr. pro Loco in Facultate Philosophica sibi concesso habuit.

MENO REICHIVS.

B. Suantenius apud Goetzium l. c. p. 656 vitam huius viri his verbis auspicatur: *B. M.* Meno Reiche *lucem hanc aspexit A. C.* 1651 *d.* 25 *Aug. iis ortus parentibus, quorum nota satis sunt nomina. Postquam sacro flumine tinctus est, nihil praetermissum fuit, quod ad recte formandum pueri ingenium vllo modo faceret. Vnde in publicam vrbis nostrae scholam, aetate valde tenera, deductus, optimorum istius temporis praeceptorum curae commissus est. Inter quos in primis* Lippium, Tribbechouium, Polzium, Bangertum & Nottelmannum *efferre solebat. Ab iis cum illas literas, quae ad humanitatem pertinent, hausisset, dignusque existimaretur, qui in Academiis coeptam studiorum telam pertexeret, A. C.* 1669, *comite* Bartoldo Botsacco, *nunc SS. Theol. D. ac Superintendente Brunsuicensi, Giessam missus est.* In hac Academia praestantissimis Philosophis pariter ac Theologis perindustrium se praebuit auditorem, functus tam Respondentis, quam Praesidis munere virum se praestitit, & an. 1672 laboris exantlati praemium, Magisterii, vt vocant, gradum consecutus est. Invisit quoque Regiomontum, Hafniam, Kilonium, cum celeberrimis, qui has Academias il-

lo tempore illustrabant, viris amicissime versatus. Belgium quoque & Angliam, socium itineris nactus B. Schomerum, perlustrauit ita, vt ex colloquiis cum doctissimis viris institutis, & Bibliothecis, Oxoniensi praecipue, recte vsurpatis doctior euaderet. Patriae redditus, Rostochium, vna cum Schomero, summis honoribus Theologicis augendo, profectus est, ibidemque tum aliis, tum praecipue augusti nominis Theologo, Aug. Varenio, innotuit. Relicta vero & hac Academia, sacrum patriae coetum e sanctiori suggesto docuit ea felicitate, vt an. 1679 d. 5 Iun. Symmysta, & an. 1690. d. 26 Iun. Pastor Iacobaeus constitueretur, vtroque munere non sine laude functus vsque ad vitae finem, qui ei 1691. d. 2. Iul. contigit. Conscripsit ac defendit

Dissertationem de Motu Maris. Giess. Praes. Nitschio.
Dissertationem de Sortitione, ibid.

IOANNES REICHIVS.

Patre *Ioanne Reichio*, Seniore & Pastore Aegidiano meritissimo, ac matre *Elisabetha*, Matrona nobilissima, *D. Menonis Hannekenii*, Praesulis Lubecensis laudatissimi, an. 1659 d. 23 Febr. est prognatus. *Cum priuata aliquantisper formatus esset institutione*, reddo verba Suantenii ex ipsius Memoria ap. Goetzium l. c. p. 669, *Bartoldi Botsacci, ad publicum processit ludum litterarium Lubecensem, a quinto aetatis anno ad decimum vsq; octauum per omnes honorifice classes praeclaro atq; assiduo magi-*

strorum

ſtrorum & moderatorum ductu, fidelisſimisq; auſpiciis alleuatus promotusque. Hac ſolida inſtructus eruditione, cum videretur profeciſſe iam ad omnem virtutem, dignus cenſebatur, qui commigraret ad contubernium Academicum, quo amplioribus ſtudii atq; doctrinae praeſidiis exornaretur. Publico ſe commendabat ſpecimine, quum an. 1675. d. 2. Nouembr. moderatore *Abrahamo Hinckelmanno*, ſolemni Oratione *Scopulos Hiſtoriae, Oratoriae & Poetices* detegere conaretur. Gieſſam igitur an. 1677 adiit, vbi eos habuit in litteris progreſſus, vt an. 1679 conſuetis ſpeciminibus datis Philoſophiae Magiſter renunciaretur. Inde venit Argentoratum, ibidemque anno exacto, vna cum Hect. Godofr. Maſio, Rheno in Belgium ſe traiecit, Angliam quoque & Galliam perluſtraturus, niſi febris, in quam incidit Maſius, fuiſſet impedimento. Rediit igitur in patriam, ibidemq;, licet quodammodo inuitus, pro ſacra concione fecit verba. Magis enim ipſi arridebant exercitia Academica, quorum cauſa an. 1682 profectus Roſtochium, in ordinem Philoſophicum, Enoch. Suantenio, Rectore poſtea Lubecenſi, iſta aetate Decano, eſt cooptatus. Tanto autem Argentorati amore erat captus, vt an. 1683 illud repeteret. Perrexit inde in Galliam, ex Gallia in Angliam, & omnibus in locis commemorabilibus ope virorum eruditisſimorum & praeſtantisſimarum Bibliothecarum ſubſidio doctrinum ſuam valde amplificauit. Reuerſus per Belgii nobiliſſimas vrbes in patriam, electus eſt an. 1686. d. 9 Sept. Symmyſta Iacobaeus, quo

munere bene gesto mors eum an. 1696 d. 11 Mart. abdicauit. Conspicitur in Templo Iacobaeo eius effigies, additis his verbis:

Memoriae Viri pl. Reuerendi & Clariss. Dn. M. JOHANNIS REICHII, Archidiaconi huius Ecclesiae fidelissimi & probatissimi, positum anno 1697.

Elaborauit

Dissertationem de Iride, Giess. 1679. 4.

Disputationem Theologicam de Obligatione Formulae Concordiae. Argent. 1680. 4. Praesidem habuit *Sebastianum Schmidium*, ita gratulatum:

Celebranda, REICHI, iam venit solennitas
Concordis olim inter pios Concordiae
Factae, integro secli voluto circulo.
Agantur autem debitae grates DEO
Iure meritoque, qui bonum hoc Ecclesiae
Tantum suae seruauit Almus hactenus:
Fuerint licet, qui euertere illud tempore
Omni laborauere strenue. Simul
Inuitat ingens haec DEI benignitas,
Vt veritatis Formulam fideliter
Teneamus, vsque militat dum Ecclesia,
Nec deseramus more discordantium.
Diuina sane veritas nos obligat,
Quam sancta profitetur haec Concordia.
Vtrumque, REICHI, quando Disputatio
Tua edocet: quod sis memor patriae tuae,
Quae sicut olim magna pars Concordium
Fuit, hactenus sic est; memor quod sis Patris,

Docto-

Doctoris almae veritatis optimi,
Quod & paterni ad instar exempli velis,
Sub symbolo bocce militare Ecclesiae &
Christo, probas. Quis non tuum laudauerit
Factum? & DEI amplam vouerit Tibi gratiam?

Haec eleganter Schmidius. Non inelegantius nostro laborem Disputationi huic impensum gratulatus est Hect. Godofr. Masius hac nitida admodum Inscriptione:

Stetit ergo hactenus
LVTHERANA CONCORDIA,
Pressa quidem, non oppressa tamen,
Concussa licet, at non excussa,
& feliciter superstes
de hostibus internis & externis
TRIVMPHVM SECVLAREM
agit.
Saluum nostrum nobis Palladium est,
coelo datum,
cum coelo redditus esset magnus Lutherus,
cum quo concordiae die sepulto
ipsa concordia fere sepulta erat,
nisi renata diuinitus esset,
cum denata prorsus videretur.
Nil contra ancile nostrum
vel Geneua valuit, vel Roma,
quotquot etiam armarent
vel Rationis, vel Pontificis mancipia;
Fortius tuemur
Ἄγαλμα nostrum διοπετὲς
quam vel Ephesii suum, vel Romani,
eo superstite ἀνάλωτοι futuri.

Nec curamus praepoſteram eorum curam,
qui concordia ficta veram oppugnant,
& inducias ſuadent bello peiores.
Amentes dico pacis amantes,
quos inter viſcera noſtra vix noſtros alimus,
peſſimos concordiae hoſtes,
quia illicitae conciliatores;
quibus Pomum Eridos
eſt ipſum Pacis ſymbolum
& purioris fidei nota
Eccleſiae noxa putatur.
Nobis
ſanctiores ſunt orthodoxiae limites,
quos vltra citraque nequit conſiſtere
cum puritate Fides, cum Fide Veritas.
Vtramque tollunt,
qui ſymbola noſtra ſublata volunt,
imprudentes aeque ac impudentes,
& qui vltra ſapiunt, verius deſipiunt,
Κενόσοφοι *certe dum* Καινόσοφοι
inconſtantiae ſuae proditores & fidei.
Loqui enim liberius amant,
vt ſentiant liberius;
& Protei inſtar
tot in religionem formas inferunt,
quot terminos.
Quod dum doces
MI REICHI
non nomine magis diuitem te praeſtas
quam ingenio
rem bene exorſus & cautior miles,

qui

qui a Symbolo militari
militiam auſpicatus
propius intueris κειμήλιον
vt aliquando tuearis
non affectu tantum, ſed effectu,
feruente animo, ſed absque feruore humano
quo laedit concordiam, qui illaeſam cupit,
& dum colligit, verius diſpergit.
Macte hoc animo tuisque dotibus
in Patris gaudia & Patriae,
cui praeſis aliquando & proſis,
tanto huic gratior, quanto illi ſimilior,
DEVS te ſeruet
& Militiae noſtrae & Concordiae,
vt Te etiam vindice
haec floreat, ſed inter nosmet,
vigeat illa, ſed extra nosmet,
ſit foras bellum, modo intus pax ſit.
Sit nobis pertinax Pertinacis Symbolum:
MILITEMVS
modo & inter moenia perſtet
CONCORDIA CONCORS.

Spicilegia de Serpente Aeneo. Roſtoch. 1683. 4 Reſp. Mich. Siricio, Lubec. Pertractantur hic erudite tres Quaeſtiones. I. Cuiusmodi ſerpentes fuerint, a quibus morſi ſunt Iſraelitae, quorum imaginem in aeneo ſerpente Moſes expresſit? II. Qua virtute ſerpens aeneus ſanauerit? III. An hiſtoria de ſerpente aeneo ad gentes etiam peruenerit?

IOANNES REICHIVS.

MENONIS REICHII filius, Archidiaconus hodie Aegidianus meritisſimus, poſt abſoluta in Athenaeo noſtro ſtudia ſcholaſtica, Academicis ſe doctoribus commiſit. Ab his ſcientia ſacra ita eſt inſtructus, vt reuerſus in patriam, fuerit dignus iudicatus, qui in ſanctiorem ordinem adſcriberetur. Electus enim an. 1713. d. 28 Dec. Symmyſta Aegidianus, & d. 4 Ian. 1714 ſumme reu. *Goetzii* noſtri *Dissertationem Theologicam de Fide Magorum, Christum recens natum quaerentium & adorantium ex Matth II.1-12* in venerando Presbyterorum Lubecenſium conſeſſu tuitus, ad ſacrum munus obeundum eſt inauguratus.

IOANNES REICHIVS.

Lubecenſis, filius IOANNIS REICHII, Iacobaei Symmyſtae. Inſtitutus probe in Schola noſtra, Wittebergenſes ac alios Academicos Profeſſores diligenter audiuit, ſolidae eruditionis acquirendae ſtudioſus. Quare ſe probauit, quum an. 1711. d. 28 Aug. *Goetzii*, Praeſulis Lubecenſis, *Dissertationem Anti-Pontificiam de Baptismo Furtiuo* in Colloquio ordinario defenderet. Interiectis aliquot annis patriae noſtrae Patres Eccleſiae oppidanae Bergedorfenſi eum praefecerunt Paſtorem, ad quod officium rite vocatus *Goetzii* laudati *Dogmata Theologica ex Historia Magorum, Christum recens natum quaerentium & adorantium, eruta*, praeſentibus ſacri ordinis Lubecenſis membris, d. 13 Febr. 1716 vindicauit.

Sed

Sed perbreue fuit tempus, quo munus hoc administrauit, in ipſa florentisſima aetate vita defunctus.

IOANNES GEORGIVS REINESIVS.

Patriam quidem agnoſcit Magdeburgum, ſed Lubecam noſtram tamen etiam patriae inſtar veneratur. Alma enim haec ciuitas, in qua hodieque Archi-Diaconi Iacobaei ſpartam ornat, ei non ſolum conceſſit fideliſſimos doctores, quorum ope in litteraria noſtra officina egregie eſt formatus & humanitatis ſtudiis optime imbutus, ſed etiam, abſoluto feliciter Academico curriculo, occaſionem emergendi ſuppeditauit. Cum enim in Colloquio Theologico an. 1706. d. 27 Sept. *Goetzii* noſtri *Specimen Anti-Pontificium de Litteris Butyricis* defendendo, (vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 374 ſq.) progreſſus, quos in ſanctiori diſciplina fecerat, oſtendiſſet, anno ſubſequenti 1707. m. Ian. vocabatur Symmyſta Iacobaeus, & ad ordinationis Eccleſiaſticae ſolemnia viam parabat d. 20 Ian. ventilando *Goetzii*, Praeſulis, *Problema Theologicum: Num Maria, Filium Dei pariens, obſtetricis opera fuerit vſa?* Conf. cit. N. L. 1707. p. 93 ſq. Anno 1710. m. Febr. publici faciebat iuris doctam Commentationem Theologicam *de Termino vitae*, qua ſimul iuſta perſoluebat Viro illuſtri & magnifico SEB. GERCKEN, I. V. D. & Conſuli Lubecenſi meri-

meritissimo, an. 1710. d. 8 Febr. ad vitae terminum progresso.

PETRVS RHEBINDERVS.

Patriam Theologus hic meritissimus habet Lubecam nostram, quae eum an. 1609. m. Nov. patre *Christophoro Rhebinder*, mercatore, natum, filiis suis annumerauit. Corrigendus igitur est Wittenius T. II Diar. Biograph. ad an. 1671, vbi Luneburgensis vocatur. Optimam eius indolem & scholasticum curriculum egregia cum laude confectum his verbis describit Cl. Io. Georg. Bertramus, Pastor Martinianus Brunsvicensis, in Hist. Eccles. Luneburg. p. 235 sq: *Sobalder die zarte Kindheit zurück geleget, haben seine Eltern ihre vornehmste Sorge dahin gerichtet, daß er zur Ehre dessen mögte auferzogen werden, von welchem er mit so ausnehmlichen Gemüths-Gaben begnadet. Zu dem Ende ist er in dem unweit entlegenem Möllen dem wegen seiner Geschicklichkeit in Erziehung junger Leute berühmten Prediger, Paulo Casseburgio, zu nöthiger Unterweisung übergeben. Sein ausbündiges Naturell secundirte die treue Information dieses seines Praeceptoris also, daß er im 15 Jahre seines Alters, als an. 1624, vor tüchtig gehalten wurde, im Lübeckischen Gymnasio seine Studia weiter fort zu setzen: woselbst denn der berühmte Schul-Mann, Joh. Kirchmannus, Rect. zu guter Cultivirung seines Ingenii gar vieles contribuiret: insgesamt wurden seine Praeceptores um desto mehr angetrieben alles zu thun, was sie vor dienlich erachteten seine Profectus zu avanciren, je*

mehrere

mehrere und deutlichere Zeichen eines redlichen Gemüths, ungefärbter Gottseeligkeit und Begierde, GOtt mit seinem ihm anvertrauten Pfunde in der Kirchen zu dienen, sie bey ihm wahrnahmen. Idem cum animaduerteret summus Theologus, Nicolaus Hunnius, intensissimo ipsum amore dilexit. Documentum eius insigne dedit, dum Schabbeliani stipendii curatoribus illum ita commendauit, vt illustri hoc sacrorum studiorum subsidio adiuuaretur. Gymnasium nostrum an. 1629 cum Wittenbergensi Academia commutauit, quae eum praestantissimorum virorum doctrina & liberalium artium magistri honoribus auctum patriae reddidit. Nondum desierat amor Hunnii, qui eum hospitio exceptum sacris porro litteris instruebat, & deinceps Regiomontum ablegabat. In hac Academia vtilissime tempus triuit tam audiendo Io. Behmium, Coelest. Mislentam & Leuin. Pouchenium (quo Praeside *in Ps. XXXIV. 8,* nec non contra Pontificios *de Cnamate* (18) *Eucharistico, Communione sub vna & Transsubstantiatione* publice disputauit) quam in gratiam aliorum scholas Philosophicas aperiendo. Reuersus an. 1637 Lubecam, pristino paterno Hunnii (cuius gener postea factus est) amore denuo fruitus est per annum integrum, quo elapso almam matrem Wittenbergam repetiit, ibidemque auspiciis Welleri, Hulsemanni, ac Lyseri varia eruditionis sacrae edidit specimina, ordinis

(18) Κνάμα commixtionem significat. Improbatur autem ille Pontificiorum mos, quo aquam vino admiscent.

ordinis quoque Philosophici Assessor fuit constitutus. Haec ei etiam summos in Theologia honores lubentissime est largita, cum ob eruditionis ac praestantiae famam esset ab obeundum Superintendentis Luneburgensis grauissimum munus vocatus. Inter laudabilia eius facta commemorabile in primis illud est, quo famosi fanatici *Christiani Hobburgii* (qui fictis etiam *Andreae Scuberlich* & *Eliae Praetorii* nominibus vsus est) impios conatus mascule repressit. Laudatur ideo, & merito laudatur a Bertramo l. c. p. 229 sqq. qui hac occasione singularia nonnulla de Hohburgio eiusque charactere annotauit. E vita migrauit Rhebinderus, Antistitis praeclarissime meriti famam relinquens, an. 1671, splendidoque funere sumtibus publicis fuit elatus. *Seines Lebens Ende*, inquit Bertramus p. 236, *ist an. 1671. den 9 Decemb. Abends um* 10 *Uhr erfolget; und ist hiebey nicht zu vergessen, dass E. Hochw. Raht ihrem* 31 *jährigen Superintendenten auf eigene Kosten prächtig beerdigen lassen.*

Scripta Rhebinderi sunt

Disputatio Inauguralis de Caluinismo Irreconciliabili. Witteb. 1641. 4. Hanc Bertramus Rhebindero, alii Hülsemanno tribuunt.

Schrifftmässige Erklährung des Nahmens Christian aus Phil. I, 21. Hamb. 1649 4.

GOttes theurer Sohn und trautes Kind aus Ier XXXI. 20. ibid. 1657. 4. In hoc scripto doctrina solatio plenissima de diuina Adoptione egregie est pertractata.

Lüne-

Lüneburgische Wasser Fluth. ibid. 1658. 4.

Iudaeus Baptizatus, 1660. 8.

Visio Apocalyptica. Apoc. XIV. 14. Luneb. 1669. 4. Doctrinae de Visionibus recte excutiendae multam operam impendit.

CHRISTOPHORVS RHON.

Natus est Lubecae an. 1663. d. 10 Decembr. & post priuatam institutionem publicae particeps euasit. Colit post fata etiam praeceptores optime meritos *Dauid. von der Brügge*, Subrectorem, *Martin. Lipenium*, Conrectorem, & *Abrah. Hinckelmannum*, Rectorem, quorum fidei & industriae refert acceptum, quod an. aetat. 20 Academicas lectiones insigni vtilitate potuerit percipere, & Kilonii *Kortholtum* (cuius auspiciis vniuersam Theologiam disputando excussit), *Wasmuthum*, *Morhofium* atque alios audire Consumtis vtiliter in Kiloniensi Academia sex annis, contendit an. 1689 Lipsiam, vbi vnius anni spatio *Carpzouium*, *Schmidium*, *Pfeifferum* auscultando studiis non leue dedit incrementum. In patria deinceps tam bene res suas gessit, vt an. 1693. d. 24 Aug Laurentianus Ecclesiastes sit declaratus; anno autem 1706. d. 15 Iul. Symmysta Iacobaeus electus. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. pag. 319. Vtroque hoc munere praeclare de rebus sacris meritus, an. 1712 d. 6 Octobr. Pastoris Iacobaei honores impetrauit.

GEOR-

GEORGIVS RITTER.

Annus agebatur millesimus sexcentesimus trigesimus & nonus, cum d. 27 April. lucem hanc aspiceret, parentesque optimos *Andream Ritter*, Ciuem ac Negotiatorem primarium, & *Engel Ritters*, Matronam ornatissimam, filio auctos, exhilararet. Hic *vt a teneris statim annis*, do verba B. Suantenii in Memor. eius ap. Goetzium in Elogg. Germanor. Theologor. p. 716, *elegante proficeret cursu, in optimo perrecturus pietatis, doctrinae ac morum probe compositorum tramite, committebatur ductui atque auspicio virorum praeclarissimam iuuentuti tum erudiendae in Schola Lubecensi operam impendentium, Dn.* Meieri *& Dn.* Bangerti. *Qui laudabilis doctorum persidelium labor eo vsque feliciter successit, vt adultior iam liberalium candidatus studiorum tum ad Giessenam primum, aliquo deinceps tempore post ad Argentoratensem progrediens Academias, tam philologicis quam philosophicis assiduissime vacaret exercitiis, virorum praeterea excellentissimorum ac celeberrimorum scientiae purioris Theologicae assertorum auditor solertissimus existeret.* Giessae publicum etiam dedit industriae documentum, B. *Siricii*, praeceptoris sui, *vltimam Disputationem Fasciculi I. continentis VII Dissertationes Theologicas contra varios heterodoxos e Luc. I.* 35 defendendo. Post visas potiores Germaniae Belgiique vrbes & Academias, reuisit patriam ciuitatem Lubecensem, in qua an. 1668. d. 28 Maii Symmystae & an. 1687. d. 26 Maii Pastoris Petrini munia legitimis suffragiis obtinuit. Dignitate etiam Se-

nioris

nioris, mortuo Honstedio, an. 1704 d. 4. April. fuit ornatus. Commutauit an. 1706 vitam cum morte, relinquens eximias laudes, quarum memoriam suggerit haec ipsius Epitaphii, quod est in Templo Petrino, inscriptio:

Viro admodum reuerendo, amplissimo atque praeclariss. Domino GEORGIO RITTERO, nato A. 1639. 27 April. ab An. 1668 Ecclesiastae, ab A. 1687 Past. Petrino, & ab A. 1704 Reu. Minist. Lub. Seniori, denato A. 1706. d. 23 Iulii hoc qualecunque monumentum piae grataeque memoriae ergo posuere lugentes moerentesque Liberi & Generi.

Hac facie RITTERVS erat, pietatis imago
Officiis, studiis, dexteritate potens.
Non poterat fucum, non fastum ferre, subinde
Quae sua, pertractans, non aliena petens.
Vera docens docuit, CHRISTO duce, vincere mundum,
Victricemque suam continuare fidem.
Sic CHRISTI pugnauit EQVES, sic vicit & ipse,
Inde coronatus iam quoque Victor ouat.
Qui cupit & Victor vitae portare coronam,
In CHRISTI castris militet acer EQVES.

P Legan-

Legantur etiam de Nostro Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 369 sqq.

ANDREAS RITTER.

Filius GEORGII RITTERI, modo laudati, natus est Lubecae an. 1681, publicosque in primis Athenaei patrii doctores ea audiuit felicitate, vt an. 1699 dignus iudicaretur, qui Academicos Professores posset insigni cum fructu auscultare. Abiit igitur mense Augusto Lipsiam, quae ei non solum celeberrimos Philosophos *Menckenium*, *Fridericum*, *Hardtium* & *Reineccium*, ac Theologos *Ittigium* (cuius hospitio & conuictu fruitus est), *Olearium*, *Schmidium*, *Güntherum* praeceptores dedit, verum etiam an. 1700. d. 1. Maii Baccalaurei & an. 1701. d. 27 Ian. Magistri Philosophiae gradus concessit. Hos sibi merenti esse collatos, erudito specimine non vno comprobauit. Exactis quatuor ferme annis in hac Academia, domum quidem a Patre reuocatus est, sed mox an. 1704. m. Iul. fama illustris Theologi *Io. Frid. Mayeri* eum Musas Gryphicas iussit salutare. Harum filiis adscriptus, Mayero, (qui Ritterum vocat *suum filii instar dilectissimum*), diligentissimum se praebuit auditorem siue explicaret Lucam, siue poneret sanctioris disciplinae fundamenta, siue Papaeos & Socinianos errores impugnaret, siue Librorum Symbolicorum Historiam recenseret, siue casus conscientiae rariores in Consistorio, vt vocant, Academico decideret, siue rationem pro

sacro

ſacro coetu apte dicendi doceret Fortem quoque in magni huius Theologi diſputatoria palaeſtra ſe praebuit athletam, atque, praeter alia, *capita nonnulla moralia ex Opere Strauchiano* ac *Theſes quasdam Anti-Pietiſticas ex Synopſi Schelguigiana* ſtrenue defendit. Anno 1705. d. 1 Mart. ſparta Adiuncti Ordinis Philoſophici ei eſt demandata, quam an. 1706 ſecuta eſt Laurea in Theologia prima, reportata, cum d. 31 Aug. *de Pietiſtarum Socinianismo circa Indifferentismum Religionis & Libertatem prophetandi*, pro impetrando primo in Fac. Theol. Gradu, quem Baccalaureatum vocant, praeſide laudato Mayero, diſputaſſet. Honores honoribus aucti ſunt, ſiquidem an. 1706. d. 14 Sept. Theologiae Licentiatus, non multo poſt Eccleſiae Bergenſis Paſtor & Synodi Rugianae Praepoſitus, an. autem 1707. d. 2. Maii Theologiae Doctor creatus eſt. Quo die ſecundo Maii non ſolum ſummis in Theologia honoribus fuit ornatus, ſed exoptatisſima etiam coniuge, quippe eodem die Virginem ornatisſimam CATHARINAM BEBELIAM, BALTHASARIS BEBELII, immortalis famae Theologi primum Argentoratenſis, deinceps Wittenbergenſis filiam, in matrimonium duxit. Legi merentur, quae de Vita Noſtri inſerta ſunt I. F. Mayeri Bibliothecae Scriptorum Pontif., qui Ordines Monaſticos & Clericales recenſuerunt, Parti ſecundae. Conferatur etiam Pars prima, ex qua apparet, quod noſter Lectiones Curſorias in II. Tim. III, 1-9 habuerit.

Addantur de Vita Nostri Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. p. 9 sq. Scripta ob ipso docte elaborata sunt

Exercitatio Moralis de Iuramentis, quae falso habentur non obligantia. Resp. Io. Tob. Hayner, Croff. Ciz. Lipf. 1701. 4.

De Vestibus S. certis litteris notatis, pro Loco in Facultat. Philof. aliquando obtinendo. Sine Respondente. Lipf. 1703. Vid. Nou. Lit. Germ. T. I. p. 217.

De Vestibus Clericorum Crucis figura notatis Disput. prior. Resp. Iac. Christ. Biedenweg, Bremenf. Gryphisw. 1704. 4

De Vestibus Clericorum Crucis figura notatis Disput. posterior. Resp. eod. ibid. 1704 4. Vtraque Dissertatio recensetur in Nou. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 359 sq.

De Fide Christi, siue Vtrum Christus fidem habuerit? „Praef. Io. Frid. Mayero. ibid. 1704. 4. De„scribitur Fides Christi pag. 32 hoc modo: Fi„des in Christo est opus totius SS. Trinitatis „immediate in Θεανθρώπῳ productum, quo „is secundum humanam naturam in statu exi„nanitionis promissiones sibi factas speciales „accurata notitia firmoque assensu tenuit & „constanti animi fiducia sibi appropriauit, vt „ita superaret passionis impetum, & pro no„stra incredulitate satisfaceret.

Programma inuitatorium ad Lectiones publicas, agens de Principum Fauore in Cartesium. Ibid. 1705. 4.

Dissertatio Historico-Theologica de Sacerdotum Salu-

tandi

tandi Formula: Dominus Vobiscum. Ibid. 1705. 4.

De Religione Cartesii. ibid. 1705. 4 Probat nitida hac Dissertatione, Cartesium nunquam castra Reformatorum esse secutum, sed ad finem vsque vitae in communione Papicolarum constanter perstitisse. Conf. etiam Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 141 sq.

Oratio Panegyrica secundo illustris Academiae Francofurtanae natali d. 26 April. 1706 in Alma Pomeranorum Gryphica dicta, quae excusa reperitur in Saecularib. Sacr. Acad. Viadr. P. III. p. 28 sqq.

Disputatio Inauguralis de Quaestione Theologica: Vtrum Filius a Spiritu S. fuerit missus? Praesid Io. Fr. Mayero Gryphisw. 1706. 4. Conceditur de Filio qua homine, non qua Deo. Contenta huius Disputationis legi possunt in Nou. Lit. Mar. Balth 1707. p. 10 sq.

Dissertatio de Praeceptoribus Platonis. Gryphisw. 1707. 4.

IOANNES RITTER.

Eundem *Georgium Ritterum* patrem veneratus est, ea mox felicitate fruitus, vt ipsius factus sit in munere sacro successor. Didicit in Athenaeo nostro, & *vale* (vtor verbis V. C. Thomae Crenii loc. mox citand.) *nobilissimo Patriae Gymnasio dicto, tirocinia rerum sacrarum & aliorum doctrinae studiorum posuit*. Nominat autem Crenius Ienam, Lipsiam, Rostochium, Hauniam, item-

que Academias in transitu non sine fructu visas Kilonium & Gryphiswaldiam. Neque parum tribuit Lugduno, quod in Batauis est. Ibi enim se quoque Nostro formando nauasse operam, ipse memoriae prodidit. Patet hoc ex Dedicatione, qua Rittero nostro pariter ac *Gottb. Arnold. Isselhorst*, Secretario hodie Lubecensi (de quo vid. P.I. p. 248 sq) Animaduersionum Philologicarum & Historicarum Partem XVII Lugd. Batau. 1709. 8. consecrauit. *Ceterum*, inquit, *beneuolentiam vestram amplector, eamque deberi mihi persuadeo, cum quanta mea erga Vos sit, intelligo, nec Vestri quam studiosus sim, ignoratis. Nam perpolire Vos, praestanti natura adolescentes, atque omnibus artium coloribus ornare, non frustra fui.* Profecit quoque ex colloquiis cum aliis viris doctissimis in Belgio pariter atque Anglia institutis. Socium itineris, praeter alios, nactus est M. *Iac. Hieron. Lochnerum*, Conrectorem hodie Bremensem meritissimum, in cuius gratiam, nostri quoque mentione facta, iter hoc litterarium descripsit summe reuerendus D. Gerh. Meierus, ciuitatis Bremensis & totius Ecclesiae γνησίως Lutheranae decus, in Progr. de Miseranda Clade, quam Scholis intulerunt Fanatici recentiores Brem. 1714. 4. pag. 19 sq. Ante hoc iter Praesul noster Goetzius ei atque Christoph. Schachtio *Syllogen Obseruationum Theologicarum Io. Ligtfooto, Theologo Anglo, modeste oppositarum*, in Examinis argumentum d. 15 Iun. 1706 proposuit. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 318 sq. An. 1711 vocatus est Ecclesiastes Aegidianus, pro sacris ordinatio-

dinationis Ecclesiasticae capessendis d. 12 Febr. eiusdem Goetzii *Disquisitionem Theologicam Num Theologo tempore pestis fugere liceat?* tuitus. Electus est deinceps an. 1713 Archi-Diaconus, & an. 1716 Pastor Petrinus, quam dignitatem hodieque insigni cum laude tuetur.

CASPAR SAGITTARIVS.

Virum hunc magni in orbe litterato nominis & inter Theologos de historia optime meritos illustri loco ponendum, protulit anno 1643 d. 23 Sept. Luneburgum, cuius Scholam Ioanneam pater ipsius *Caspar Sagittarius*, auctor *Dissertationis de Physica Panis Eucharistici, nostris in Ecclesiis vsitati, Veritate*, & plurium scriptorum (de quibus vid. Cl. Bertrami Hist Eccles. Luneburgens. pag. 607 sqq) isto tempore regebat. Litterarum primis rudimentis patrii Lycei praeceptores feliciter illum imbuerunt. Incrementa autem dedit Lubeca, magno semper favore nostrum complexa, tum per Scholam publicam, tum per admodum reu. Krechtingium, qui ideo iam est P. I. p. 347 a me quodammodo laudatus. Iuuat audire ipsum Sagittarium, in Dedicatione Dissertationis Inauguralis de Natalitiis Martyrum Magnifici Senatus Lubecensis Patres Conscriptos sic allocutum: *Si a Luneburgo, patria, discedo, non alii magis Vrbi, quam Lubecae Vestrae sum obligatus. Vitam & studiorum tyrocinia patriae, meliorem vitam & doctrinae incrementa alteri patriae, Lubecae meae, debeo. Per integrum, quod vitam Academicam praecessit, trien-*

nium tanta in me benefacta ac ornamenta contulerunt Schola, Ecclesia, Respublica Lubecensis, quanta vix per aetatem potis eram capere. Parentum naturam in Praeceptoribus perspexi, quae officium publice priuatimque docendi supergressa in familiari admissione saluberrimis praeceptis & exemplis me instruxit: Aeternum bene sit Bangertinae animae! cuius summam fidem & singularem, quo me complexa est, amorem nulla delebit obliuio. Si tanti viri meritis adscripsero, quod in hac celebri Academia Historias mihi datum profiteri, non aberrauero, quia ad haec studia is primus mihi dux & auctor fuit. Inter grauissimos Ecclesiae Vestrae doctores plures tum habui patronos, meorumque conatuum fautores, quorum pars in coelis nunc triumphat; pars uti adhuc cum ingenti fructu diuinam veritatem docet, ita mei in precibus ac intemerato affectu memor est. Sed & Vestrum, ac Tui, θεοφιλέστατε Krechtingi, memoria penes me annabit ac perennabit, quippe a cuius habeam χειραγωγία, quod in tempore ad excerpendi aurifodinam deductus, in adyta huius artis non infeliciter, vt puto, me penetrauerim, Sed & inter Illustres Reipublicae Vestrae Praesides magnos Maecenates habeo numerare, ex quibus aliqui nihil suae crede-

diderunt magnitudini decedere, quando vel tyronem, a Praeceptoribus aliisque Euergetis commendatum, admitterent, ac demum vale dicturum de Laudibus Lubecae *declamantem audirent. Haec oratiuncula deuotae pietatis meae qualecunque documentum, quod tam gratiose fuerit excepta, saepe mihi calcar addidit, maiora in tantae Vrbis historia tentandi.* & reliqua. Addatur Dedicatio Sulpitii Seueri Historiae Sacrae Ien. 1651. 12 editae, in qua Krechtingium his verbis compellauit: *Nunc ad Te pergo, θεοφιλέστατε* Krechtingi, *ocelle Cleri Lubecensis, Tibique summas ago habeoq; gratias, quod me olim Scholam Lubecensem frequentantem tam beneuole saepius admiseris, &, quod in felicitatis parte non modica numero, auream illam excerpendi artem tam liberaliter, ac sine vllo pretio, docueris; tum ceream meam adolescentiam saluberrimis praeceptis & exemplis ad pietatem primo probitatemque exercendam, post ad excolendam litteraturam variam reuocaueris. Adhaec dum in* Iacobo a Melle, *quem ἄτεκνος filii loco habuisti, ac partim per Te, partim per egregiam aliorum operam sollicite educasti, per quadriennium in Historicis potissimum erudiendo, gratam meam mentem declarare percupio, variis luculentisque beneficiis ita me ornasti atque auxisti, vt non raro me in ruborem dederis, simul tamen ad ardentissima pro tua incolumitate vota me inflammaueris concipienda. Et dici sane non potest satis, quantopere sim laetatus, quoties & valetudinem, & res tuas ceteras florentissimas esse, potissimum vero Mellenium tuum in ipsa, quam mirifice tamdiu illustrasti, aede Collegam tuum factum, & ex bene morata coniu-*

ge pulchra prole ſuſcepta tuam tuaeque dulciſſimae vxoris ſenectam exhilaraſſe, percepi. Pluribus nunc quidem Tecum mallem agere: ſed, praeterquam quod harum pagellarum anguſtia illa non capit, fortean Deus Opt. Max. hanc fortunam mihi indulſerit, vt ante beatum exceſſum meum praeſentem Te complecti, ac miras rerum mearum viciſſitudines prolixe Tibi enarrare liceat. Egregie quoque ea, quae Lubecae praeſtita ſunt Sagittario, quaeue ipſe praeclare ibi egit, expoſuit Venerab. Abbas Io. Andr. Schmidius in nitido Commentar. de Vita & Scriptis Sagittarii Ien. 1713. 8. pag. 11 ſqq his verbis: *Feliciter ſane cecidit domeſtica Sagittarioli noſtri inſtitutio ab ipſo amantiſſimo parente profecta. Qui tamen, cum facile videret, luce etiam publicae inſtitutionis filio opus eſſe, fecit id, quod Quintilianus praecepit, cariſſimumque ſibi caput publicis magiſtris, & ludi patrii tum moderatoribus tradidit, commendauitq́ porro formandum. Nec vero domi intermiſit profectus augere filii ipſe, formandis ingeniis aſſuetus pater, atque adeo ne deeſſet, qui vices ſuas impleret, cum ipſe ſacris forte curis diſtineretur, puero magiſtros domi aluit fouitque eos, quos ad officium hoc perſpexerat maxime idoneos; ex quibus laudauit ipſe in manu ſcriptis quendam Chriſtianum a Stoecken. His rebus*

bus facile factum est, vt adolescens scholae traditus publicae a magistris & erudiretur felicissime & singulari quodam amore coleretur; imo ab ipsismet iam anno aetatis quinto decimo maturus iudicaretur, qui ex Schola patria in illustrem aliam mitteretur, ad explicandum ingenium & vberiores doctrinae profectus capiendos. Florebat tum Lubecae ciuitate inclyta, Gymnasium, siue schola illustris, duumviris clarissimis Sebastiano Meiero, *Rectore &* Henrico Bangerto, *Prorectore, Polybistore celeberrimo; quo nomine hunc non modo noster in manu scriptis, sed Abrahamus etiam Hinckelmannus, tunc Gymnasii Lubecensis Rector, post Pastor Hamburgensis & Theologiae Doctor, laudauit eo Programmate, quo M. Adami Laurentii Nicolai funus an.* 1678 *indixit. Haec causa fuit, cur Luneburgo Lubecam mitteret filium pater, Bangertique potissimum curae atque institutioni priuatae commendaret. Nec poenituit facti patrem, cum vidit, Bangerto auctore filium breui ea bonae eruditionis incrementa cepisse, vt auderet iam, pro virium illius aetatis modulo, primas commentatiuncularum, posthac euulgandarum, lineas pictorum instar describere, & speciminis loco* de Ritibus veterum Romanorum Nuptialibus *aliquid in lucem edere. Coepit idem* Notas ad Iustinum (*) *histori-*

(*) Est in manibus meis ipsum Sagittarii αὐτόγραφον, hanc prae se ferens Inscriptionem: *Euolutio Iustini Historici Philologica, Ethico-Politica & Chronologica, suscepta Lubecae Anno Epoch. Christ. cIↃIↃcLX. 3 Non. Martii.*

ſtoricum conſcribere, quas poſtea perfecit ac vulgauit. Cum enim adhuc domi eſſet, annum nacto quartum decimum optimus pater hunc ſcriptorem ſedulo inculcauit: tum, vt ex eo quandam veteris hiſtoriae ſeriem & contextum addiſceret: tum, vt per huius ſcriptoris & interpretum eius lectionem ad variam eruditionem via ipſi ſenſim panderetur. Ex eo tempore non amare, ſed diligere ſibi viſus eſt Sagittarius Iuſtinum; vt adeo, cum in Lubecenſem Scholam poſt biennium mitteretur, quodcunque tempus ſcholaſticis diatribis ſuffurari poterat, id omne lectioni atque meditationi huius hiſtorici, quem iam pridem Lipſius in epiſtolis ſuis, velut variarum rerum, gentium & temporum compendium commendauerat, vnice impenderet. Iam tum in iſta aetate ſitim ipſius non explebant Modius, Bongarſius, Berneggerus, quosque alios ex interpretibus nanciſci datum erat, ſed ipſe pro captu ſuo analecta quaedam ad illuſtrationem hiſtorici facientia congerere ſtudebat. Hi auſus, quin ex iuuenili quodam feruore, qui ingenii, ſi quod eſt, iudicii vires rarius aequa lance valet ponderare, fuerint profecti, ipſe poſtea non diſſimulauit.

Martii. In pag. ſq. iſthaec ſcripſit: Omnia in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ. Nam

Nullius eſt felix conatus & vtilis vnquam,
Auxilium ſi non detque iuuetque DEus.

Ergo

Cunctipotens faxit rerum moderator, vt hicce
Succedat larga proſperitate labor!

En pietatis eruditae, & eruditionis piae in iuuene ſeptendecim annorum indicia haud vulgaria!

lauit. Interim tamen per haec ipsa collectanea ad variam doctrinam magis illi magisque aperiebatur via, raroque praeterfluebat dies, quo in non vel ex criticis, vel ex historicis aliquid dignum memoratu doceretur. Partem deinde horum coniectaneorum in Academiis Iulia & Salana in publicis Dissertationibus proposuit cum approbatione clarissimorum virorum. Quemadmodum vero nactus est optimum praeceptorem Bangertum, praeclarissime de eo meritum, sic etiam patronum singularem Sagittario nostro comparauit DEus, virum nempe reuerenda dignitate & varia doctrina clarissimum M. Bernhardum Krechtingium, Lubecensem, templi Mariani in patria antistitem & reuerendorum ministrorum omnium in vrbe illa seniorem, Helmstadiensis quondam D. Henrici Meibomii Lubecae in aedibus Elverianis priuatum magistrum. Hic cum liberis careret, polleret autem opibus & doctrinae variae copia, nepotes quidem ex sororibus adoptauit, Sagittarium autem nostrum, inter alios sibi carissimos iuuenes, domum suam acciuit, & cum alia, tum auream excerpendi artem per exempla Biblica & Curtiana docuit. Qua de re non vulgariter obstrictum sese huic fatetur

tetur (19), *& hoc ipso fundamenta omnium illarum scriptionum, quas ediderat unquam, sibi esse posita.* Memorat (20) *etiam, quomodo tempore eodem ex concionibus Krechtingianis occasionem ceperit conscribendae* Historiae Passionis Christi. *Nam cum Krechtingius sermonibus per quadragesimam ad populum habendis quaestiones atque obseruationes philosophicas, ad captum tamen auditorii comparatas, misceret, coepit noster domi nonnullos scriptores, qui in hanc historiam fuissent commentati, relegere & sensim de nouo aliquo opere cogitare, quod tribus partibus absolutum & multo studio perfectum demum Ienae 1684 publicauit. Sub his magistris atque ducibus quantum profecit noster Sagittarius, non modo superioribus speciminibus cognitum est, sed tum etiam in primis, cum Lubeca excurrens Gottorfium, virum cl.* Adamum Olearium *salutaret, eum ita sibi deuinxit, vt vicariam Bibliothecae curam hic vir ei committere pararet. Nam cum Olearius oblatam forte Duci imaginem non Vizlipuzli, sed alterius cuiusdam idoli esse dixisset, eamque sententiam Sagittarius docte defendisset, hunc fautorem summum postea Sagittarius habuit.*

Trien-

(19) Vid. Praef. Harmon. Histor. Passion.
(20) Ibid.

Triennium cum fructu exegerat in Lyceo Lubecensi Sagittarius, cum parens iuberet, vt ad patruelem Ioannem Christfriedum Sagittarium, SS. Theologiae Doctorem, Ducatus Saxo-Altenburgici Superintendentem Generalem proficisceretur, atque apud eum profectuum suorum documentum aliquod ederet. Ad quem vt venit, & peramanter est exceptus & blande vltra trimestre habitus. Quo tempore non modo multarum rerum domesticarum aulicarumque notitiam hausit, sed etiam scribere aliquid de Oraculis & de Calceis Veterum coepit, quod postea auctum emisit. Lipsiensibus etiam duumviris Thomasio & Stegero innotuit, quos per litteras deinde diligenter coluit. Reinesius vero, ob suam cum patruele controuersiam, nostrum non admisit, quamuis Thomasium conciliatorem habuisset. Ab optimo patruele beneficiis perornatus & cum hoc iudicio tandem suauiter dimissus est: postulare in Sagittario ingenium, postulare profectus, vt quam primum se in Academias conferret; in quibus vt feliciter pergeret Musarum sacris operari, ipse patruelis certam discendi viam nostro praescripserat ac commendauerat. Quae cum intellexisset parens, decreuit filii missionem e Schola facere. Atque vt ea honestissimo modo fieret, iussit eum Lu-

becam

becam reuerti, salutare praeceptores, & publica Oratione Scholae vale dicere. Habuit igitur in splendido Procerum Lubecensium consessu Orationem (21) *in laudem inclytae vrbis Lubecae, nempe* de Origine, Incrementis & varia Fortuna Lubecae, *quae magno cum applausu excepta fuit ab omnibus. Nam alter decoram animi expressionem ac promtam dicendi vim, alter libertatem cum modestia iunctam, alius sermonis elegantiam & castitatem laudabat. Commendabat quippe nostrum, praeter gratiam vultus & candorem, mira suauitas vocis & profluens oratio, quas dotes per omnem vitam seruauit. Erat tum inter Proceres Lubecenses, qui Sagittarium dicentem audiebant,* Gloxinius, *magnus iuuenum eruditorum fautor, & stipendii Schabbeliani patronus, Reipublicae Lubecensis primus Syndicus. Is liberali iuuenis ingenio captus, non modo ad familiaria colloquia humanissime Sagittarium admisit, sed etiam in spem adduxit, fore stipendii illius praediuitis participem.* Conf. etiam Programma in funere Sagittarii nostri a *Guil. Hieron. Brücknero*, Magnifico Academiae Rectore, publicatum, apud eund. Schmidium p. 116 sq., vbi etiam vita eius scholastica, Lubecae optime acta, breuiter describitur. Ex hac ciuitate migrauit Helmestadium, vbi studia sacra, humaniora, politica, philosophica, historica,

(21) Inuitauit ad hanc solemnem Orationem *Sebast. Meierus*, Rector, Programmate, in quo de laudabili vale dicendi ritu agit & Nostrum, tanquam optimum discipulum, insignibus ornat laudibus.

rica, alia, ducibus *Sauberto, Hildebrando, Conringio, Rachelio, Voglero* & reliquis Professoribus maxima tractauit sedulitate, vsus simul *Maderi* amicitia, quae multum ei profuit. Praecipue tamen sanctiorem disciplinam excolere laborauit, eoque fine summorum Theologorum *Martini Chemnitii* & *Ioannis Gerhardi* scripta diligentissime euoluit. Commoratus hic annis non paucis studiorum causa, profectus in Daniam, pluresque Academias & vrbes celebriores contemplatus, an. 1668 Scholae Salfeldensis Rector fuit electus. Suscepit munus perdifficile, ac permolesto iugo scholastico haud inuitus se submisit. Tulit etiam in tertium annum, commodaque Scholae suae cum bono publico, cui exaratis egregiis scriptis profuit, feliciter coniunxit. Graues vero adfuerunt causae, ob quas miseram vitam scholasticam cum alia commutaret. Venit autem an. 1671 Ienam, vbi mox a Io. Andr. Bosio optimarum artium Magister creatus est. Mortuo deinde Bosio, an. 1674 Historiarum in Salana Academia Doctor publicus euasit, Bosiique viduam in matrimonium duxit, quam spartam & ore & scriptis non sine summa laude ornauit. Iuuit ipsum valde secundum iter Germano-Danicum, in quo collegit permulta vtiliter deinceps abhibita. In multis quoque locis excussit tabularia, (imo licuit ei esse adeo felici, vt an. 1678 integrum Archiuum in occlusis arcis Ienae in Bibliotheca publica reconditum detegeret ac inueniret. leg. ipse in Hist. Gothan. pag. 440) comparauitque sibi diploma-

ta & alias litteras, quibus aeque ac nummis a Bosio per coniugem acceptis, deinceps scriptis suis historicis, quorum maximum ornamentum est veritas, decus conciliauit. Socium laboris iisdem comparandis impensi habuit etiam admodum reuerendum *Mellium* nostrum, cuius honorifica ideo mentio iniecta a Schmidio l. c. p. 63 65. Summis quoque, quos sanctiorum litterarum cultores nanciscuntur, honoribus insignitus est, gessitque bella Domini elegantibus scriptis, quibus libelli inelegantes viri Pontificii *Schönmanni* refutantur. Auxit rem literariam, Ienensem in primis, egregio isto legato, quo domum suam, libros & nummos (possedit autem multos nummos bracteatos, quos aeri incisos peculiari Commentario describere aliquando in animo habuit) Academiae legauit. Neque inuidit libros manu ipsius exaratos orbi erudito, sed tradidit eiusmodi Viro, cuius ope possent optime cum eruditis communicari. Est is ipse laudatus Schmidius, quem iuuat hac de re dicentem audire. *De scriptis*, inquit l. c. pag. 107 sq. *manu beati viri consignatis id dicere possum, quod facultatem mihi dederit plenam, vendendi quaedam eorum, alia etiam certo pretio bibliopolis concedendi, vt publica luce donarentur. Pecuniam vero, quae inde proueniret, partim augmento legati librarii destinauit, partim summam quingentorum imperialium inde componi voluit, vt ex ea reditum annuum viginti quinque imperialium Professor Philosophus, vel eo deficiente Theologus haberet is, qui singulis minimum mensibus in templo Academico concionaturus ipse esset, ceteris autem*

tem Magistrorum & Studiosorum Theologiae proborum doctorumque concionibus praesens adfuturus. Conciones autem eas praescripsit, quae potius DEi verbum & praxin vitae Christianae, ad aedificationem studiosae inprimis iuuentutis, spirarent, quam verba sublimia & varia oratorum artificia. Inprimis, multa de hoc instituto coelitus sibi promittens, orauit Professorem, vt ipse concionem haberet in hoc templo die secundo festo pentecostes, quippe quo die an. 1683 has conciones, Deo auspice, inter preces & lacrymas ipse incoauerit, & non absque variis molestiis continuauerit. Id tamen tacere non possum, virum beatum ex omni illa pecuniae prouentu mihi adiudicasse tertiam partem, quam, vt voluntati illius satisfacerem, interdum accepi, alio vero tempore amore publici boni neglexi, cum quiuis beneficio suo libere renuntiare possit. E coetu viuentium placide egressus est an 1694 d. 9 Mart. vsus in vita Symbolo: CHRISTVS SOLVS. Conferantur etiam de Vita & Scriptis Sagittarii, praeter Schmidium (quo nemo melius de illo egit) ipse Sagittarius passim in Epistol ad Christian. Weisium, cum huius Epistolis simul editis; celeber. Casp. Calvôrius in Appendic. ad Saxon. Infer. Antiq. Gentil. & Christian. pag. 573 sq: Zeumerus in Vitt. Professor. Ienens. Class. IV. p. m. 157 sqq: Lexic. Erudit. German. p. 1947: Biblioth. Histor. Hamburg. Cent. V. pag. 186--284, ubi praeter vitam, scripta Sagittarii historica diligenter recensentur. Iudicia C. S. Schurzfleischii paullo acriora leg. in Epist. Arcan. T. I. p. 410. 601. 613 &c. Occasionem forsan iis dedit, quod Sagittarius Iudicia Sarckma-

ſiana calculo ſuo indigna iudicauit. *De Starckmaſio*, ſcribit ad Weiſium p. 453, *non ita male iudicas. Aeſtimo tamen, virum ad magna natum factumque. Abeſſet modo arrogantia aliorumque contemtus. Scribere ad eum nondum volui, ne vel ex eo aucuparetur gloriolam. Pruritum inſectandi heroes eruditi orbis deteſtor, ac, quamdiu vita erit, deteſtabor.* Conf. Noſtri Vit. Cicer. p. 159. Catalogum ſcriptorum eius, tam editorum, quam edendorum & perficiendorum, dedit idem Schmidius, cuius pace illum, obſeruationibus paſſim auctum, licebit hic ſiſtere, quoniam vtile eſſe arbitror, ſcriptorum adeo vtilium notitiam pluribus in locis ſuppeditari. Ordo eſt chronologicus: ſcripta autem ſunt ſequentia:

An. 1665.

Exercitationes in Iuſtini Hiſtorici Praefationem & Libri I. caput I. Helmeſt. Defendit has, & ſequentes exercitationes pro roſtris Academicis ſub *Hermanni Conringii* praeſidio.

1666.

Exercitationes IX in Iuſtini Hiſtorici Lib. I. cap. II & ſequentia vsque ad finem. ibid.

1669.

Programma, quo ad audiendas Eclogarum Virgilii Parodias Inſpectores Scholae Salf. inuitauit. Altenburg.

1670.

Programma, quo Patriae Patribus, Maecenatibus, Patronis, Fautoribus, Collegis, Amicis, Ciuibus, Diſcipulis Strenas Iannarias diſtribuit in Schola Salfeldienſi. Altenb.

1671.

1671.

Introitus & Exitus Salfeldensis, duabus Orationibus I. de Miseria Praeceptorum Scholae, II. Valedictoria ostensus. Accedit Mich. Neandri Graeci carminis de Miseria & Contemtu, una etiam Dignitate & Gloria Praeceptorum publicorum versio Latina, & Programma auctoris de Vita sua. Ien. Conferri cum hoc scripto meretur M. *Georgii Lundii*, Pastoris hodie Precensis, *Oratio de Molestiis Scholae & Causis Praeceptorum, quod obtemperent.* Flensburg. 1705. 4.

Harmoniae Evangelicae Historiae Passionis Dn. nostri IEsu Christi Pars I. Ien. Haec Harmoniae Euangelicae initia Praeside *Sebast. Niemanno*, magni nominis Theologo, non sine laude publice defendit.

Commentatio de Vita, Scriptis, Editionibus, Interpretibus, Lectione atque Imitatione Plauti, Terentii, Ciceronis. Altenb. 8. Insigni est vsui humanitatis cultoribus.

Commentatio de Lectione atque Imitatione Ciceronis. In qua, praeter alia singularia, facilis & expedita excerpendi ratio ostenditur. Augeri elegans hic libellus potest iis, quae commentatus est *Andr. Iul. Dornmeierus* in *Diss. de Vitioso Ciceronis Imitatore*, quae cum Io. Vorstii Libro de Latinitate Selecta & vulgo fere neglecta prodiit Berolin. 1718. 8.

Exercitationes II in Iustini Historici Praefationem & Libri I. cap. I. auctae & emendatae. Ien.

1672.

De Ianuis Veterum Liber singularis. Altenb. 8. Insertus

ſertus eſt, cum Analectis, a Io. Georg. Graevio T. VI Theſaur. Antiquitatt. Romanar. p. 417 ſqq. Poſſe hunc librum etiam in argumento ſacro adhiberi, patet ex eruditisſima Diſſertatione Theologica Inaugurali de Chriſti, oſtio pulſato, ad Coenam ingreſſu ad Apoc. III. 20 *Io. Iacob. Quandtii*, Theologi Regiomontani celeberrimi, quae edita Roſtoch. 1715. 4. Ceterum poſt Sagittarium de Ianuis Veterum quaedam meditatur *Andreas Plantecouius*, Medicus & Philologus Lubecenſis doctisſimus. Inter huius enim ſcripta promiſſa apparet quoque *Liber ſingularis de Ianuis Veterum, qui ea ſiſtit, quae Caſparis Sagittarii, viri magni ingenii, nec minoris eruditionis, diligentiam effugerunt.* Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. p. 315.

Parodiae Eclogarum Virgilii, DIs manibus sereniſſimi Saxoniae Ducis Friderici Wilhelmi III Principis iuuentutis conſecratae. Ienae. Notae MSS. Philologico-hiſtoricae in has Eclogas ad editionem paratae non periere, vt B. Auctor putauerat, inquit Ven. Schmidius pag. 128.

De Corona Ieſu Chriſti ſpinea. Ien.

De Rubra Ieſu Chriſti Chlamyde. ibid.

De Expoſitione Infantum, ibid.

1673.

De Martyrum Cruciatibus in primitiua Eccleſia Liber. Ien. Repetitus eſt deinceps noua editione & cum Commentario *de Natalitiis Martyrum* coniunctus an. 1696 per I. A. Schmidium, cuius

cura

cura vterque commentarius multis accesſionibus locupletatus. Summus quoque Fabricius vtrumque librum iudicauit dignum, quem Delineationi Theſauri Antiquitatum Chriſtianarum insereret. Vid. eius Bibliograph. Antiquar. p. m. 116.

De Lancea, qua perfoſſum Latus Ieſu Chriſti. ibid. Poſt Sagittarium eruditam de hoc argumento diſſertationem Roſtoch. 1686 habuit beatus anteceſſor meus, Enochus Suantenius.

De Candida Ieſu Chriſti Veſte. Ien. 1674.

De Flagellatione Chriſti. Ien.

Hiſtoria antiquiſſimae vrbis Bardeuici, in qua ſimul antiquus vniuerſae inferioris Saxoniae ſtatus, bellum Caroli M. cum Saxonibus, conſtitutio Ducum, Comitum, Epiſcoporum in Saxonia, eorundemque poteſtas, origines item ac incrementa variarum vrbium, in primis Lubecae, Hamburgi, Luneburgi, nec non potentiſſimi quondam Bauariae & Saxoniae Ducis Henrici Leonis vita & res geſtae ex optimis veterum monimentis expenduntur. Ien. Poſt Sagittarium in Hiſtoriam Bardeuicenſem tanto inquiſiuit ſtudio Chriſtianus Schlöpke, vt Cl. Reimmannus non dubitauerit, huius laborem Sagittariano praeferre. Vid. quae mox de Schlöpkenio dicentur. Nihilominus adeo arriſit auctori recenſionis illius in Biblioth. Hiſtor. Hamburg. Cent. V. art. 65, vt p. 238 recenſionem his verbis obſignarit: *Wenn alle Scripta des ſeeligen Sagittarii das Unglück hätten, verlohren zu gehen, und man hätte Gelegenheit, etliche*

liche davon zu erretten, so würde ich meines Ortes vor allen Dingen diese Bardewickische Historie zu salviren suchen.

1675.

Dissertatiuncula de praecipuis Scriptoribus Historiae Germanicae. Ien. 4. Primo loco memorat Taciti libellum de Moribus Germanorum, vltimo autem Lehmanni Chronicon Spirense. Laudatur a Celeberr. Struuio in Biblioth. Histor. p. 444 sq atque *elegans* & *accurata* dicitur.

Nucleus Historiae Germanicae, origines, incrementa ac imminutionem Germanici imperii per singulorum Caesarum historiam ad praesens aeuum per compendium exhibens, ad illustrem virum Hermannum Conringium. Ien. 12.

Epistola de antiquo statu Thuringiae sub indigenis Francorum, Germaniaeque Regibus, vt & Ducibus, Comitibus, Marchionibus, vsque ad ortum Landgrauiorum, ad Io. Schilterum, Consil. Saxo-Ienensem. Ien. 4. pl. 9. Perhonorifica huius Epistolae, vt & reliquorum Sagitarii scriptorum Historiam Thuringiae illustrantium fit mentio a Struuio l. c. p. 595 sq. Reimmanno Hist. Lit. German. P. III. c. 3 p. 552.

Historia Goslariensis ab originibus ad Fridericum II Imp. deducta. Ien. 4. Dissertationis huius auctor potius dicendus *Caspar Corberus*, Goslariensis, Respondens, quam Sagittarius, Praeses. Ita enim scribit ipse Sagittarius ad Weisium p. 463: *Halberstadiensis Historia tota mea est, Goslariensis non item, quae limam modo a me accepit,*

accepit, nescio an semper limatam. Iuuenis auctor magna minatur. Magno deinceps apparatu instructus Historiam Goslariensem aggressus V. Cl. *Io. Mich. Heineccius*, cuius *Antiquitates Goslarienses* Francof. 1707. fol. editae reliquis omnibus de rebus Goslariensibus commentariis merito praeferuntur.

Dissertatio Historico-Politica de Tyranno.

De Oraculo Apollinis Delphico.

Origines ac Incrementa Sulciae Luneburgensis. Ien. 4. Augeri potest haec Dissertatio iis, quae de re salinaria Luneburgensi, illam administrantium dignitate, & ritu vehendi cupam salinariam Cl. Io. Henr. Büttnerus in Praefat. Genealog. Familiar. Nobil. Luneburgens. commentatus est; itemque ex *Io. Henr. Hoffmanni*, Archiuarii quondam Hannouerani, *de Salinis, reque salinaria in vrbe Luneburgensi Syntagmate succincto*, quod inter alia Hofmanni MSta memorat Ven. Io. Georg. Leuckfeldius, Pastor primarius Grôningensis, Theologus de historia ciuili Germanica meritissimus, in Antiquitatt. Ilfeldenss. pag. 212. Quoniam ritus vehendi cupam salinariam (*solennen Ritter-Spiels des Kopen-Fahrens*), abrogati quidem hodie, curiosi tamen, mentionem inieci, placet addere versus, quibus Lucas Lossius, cum Scholae Ioanneae Luneburgensis esset Conrector, eum descripsit. Ita vero se habent:

Est celebris raptus Cupae solemnis in Vrbe
Tempore, quo Graii celebrabant orgia Bacchi.

Cupa sit haec dulcis dolia vt sunt maxima vini
Atque grauis lapidum multorum pondere Cupae
Tardatur moles totam raptanda per vrbem.
Tempus vbi venit celebris certaminis vrbi,
Funibus oblongis bigae iunguntur equorum
Cupae, quam raptent, clara comitante caterua,
Vrbem per totam, clari qui iusta Salinae
Rite petunt, Patrum clarorum iure vetusto.
Iunctae vbi sunt bigae, funis Cupaeque ligatus,
Temo teres versus firmis vncisque repostus,
Dat tuba clara sonum, mora nulla, feruntur, vt Eurus
Euolat emissus, celeres per strata viarum
Corripiunt, celeresque ruunt, ceu carcere fusi
Praecipites, biiugo celeres certamine laeti,
Non sic immissis aurigae vndantia lora
Concussere iugis, pronique in verbera pendent.
Patricia hos sequittur, praecedit & inclyta turba
Vestibus effulgens, sertis, plumisque decora.
Ante equitant bini celeres, quos rite sequuntur.
Atque equitat tubicen longe, qui cantat in vrbe:
Sint plateae purae, nihil hic properantibus obstet.
Est vbi per plateas vrbis transuecta patentes
Cupa, pyrae iniicitur, iactis lignisque crematur,
Quam choreas circum celebrant de more decentes.
Ludicra non prorsus sunt haec certamina Bacchi:
Virtutis specimen praebent haec ludrica Martis.
Non collega potest clare dominusque Salinae
Esse, nisi Cupam poterit raptasse per vrbem
Armipotens hastam belle & vectare virilem.

Exercitatio Historica de Eccardo I. Misniae Marchione, anno

anno 1002 *Ienae sepulto.* Laudatur in Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 218.

De Nudipedalibus Veterum. Contenta huius Dissertationis, quae recusa est in Syntagmate I Disputatt. Philolog. Rotterod. 1699. 8., dat Celeberr. Fabricius in Bibliograph. Antiquar. p. m. 574. Tribuit eam *Io. Christfrido Sagittario*, Praesuli supremo Altenburgensi, Theodor. Ianssonius ab Almeloveen in Specim. Antiquitatt. e sacris profanar. p. 45. Sed correxit παρόραμα noster in Genealogia Sagittariana. Confer etiam Cl. Molleri Homonymoscop. p. 718. sq.

Historia Lusatica. Leguntur nonnulla de ea in Bibl Hist. Hamb. l. c. p. 248. sq. Ipse Sagittarius in Epist. ad Weisium p. 462. scribit: *Non fallit te Lusatia, si meae aliquid tribueris industriae. Neque tamen id ebuccinare meum est. Et cur facerem? Lineamenta sunt, & leuidensia operis maioris. Manlium scilicet edam vna cum obseruationibus meis, vt & lectissimum Diplomatum Doberlugensium codicem. Spes est de impetrando Manlio, vtinam non fallax!* Nunquam vero prodiit Manlius observationibus Sagittarius illustratus.

Historia Halberstadiensis ab originibus per singulos Episcopos ad praesentem statum repetita, Ien. 4. Honorifice de hac Historia iudicatur in Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 242. Struvii Bibl. Hist. p. 551. Nouam editonem multis modis auctam ad prelum paratam esse, docet ipse Sagittarius in Introd. ad Hist. Eccles. p. 41.

Exer-

Exercitatio in Iustini Historici L. II. cap. 1.

1677.

Send-Schreiben an P. Marcum Schönmann, *Soc. Ies. Priester in Erfurt, darin von dem Büchlein* Columna Ecclesiae inconcussa, *welches mit dem Titul* Catholisch Zeug-Haus *vermehret herausgegeben, gehandelt wird.* Gotha.

Historia Antiqua Lubecensis. Ien. Huius, vt & *Historiae Mediae Lubecensis* (cuius prior Dissertatio ab anno MCLXXXII ad Annum MCCXXVII; posterior ab anno MCCXXVII ad annum MCCC) itemque *Historiae Lubecensis Recentioris* ab anno MCCC ad annum MCCCC, verus auctor est Celeberr. noster *Iacobus a Melle*, sacri ordinis Lubecensis Senior grauissimus & Templi primarii Pastor dudum meritissimus, cui nos quoque in Part. I harum Athenar. pag. 371. adscripsimus. Addi hic merentur ipsa Sagittarii verba, qvibus Mellio has Dissertationes assignauit. Et nos quoque, ait in Introduct. in Histor. Ecclesiastic. p. 504, vbi Cl. „*Iacobus a Melle*, Lubecensis, iam in patria Ecclesiastes optime meritus, qui in hac Academia bonam partem *Historiae Lubecensis* (ab V. „C. ad annum 1400. quatuor Dissertationibus, „quarum 1 & 2 an. 1677, tertia an. 1678, „quarta an. 1679 impressae) scripsit, ac „me praeside publico exposuit examini, de-„siit, in hac opera perreximus, Episcopalis Hi-„storiae non immemores.

Bre-

Breuiarium Historicum.

1678.

Historia Ioannis Friderici, Electoris Saxoniae. Recensetur & commendatur in Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 220. sq.

Dissertatio Inauguralis de Natalitiis Martyrum, sub praesidio D. Io. Musaei habita. Cum Appendice Praefationi Armamentarii Catholici Schönmanni opposita. Ien. 4. Apparet quoque haec Dissertatio primo loco in citato Syntagmate I Dissertationum Philologicarum Roterodamensi, recensetur que ab Henrico Sikio in Bibliothec. Nouor. Libror. 1699. m. Iul. & Aug. p. 475 sqq. Intelliguntur autem per natalitia martyrum dies ipsorum emortuales, quibus martyrium subeuntes mundo dixerunt vale.

Treuhertzige Vermahn- und wohlgegründete Warnung an P. Schönmann, der Soc. IEsu Priester in Erffurt, etwas tüchtiges zu schreiben, hingegen von der ungeschickten mündlichen Wiederlegung der Evangelischen Schrifften und Lästerung der Evangelischen Religion und derer Lehrer abzustehen. Ien.

1679.

Ausgeleertes und Entwehrtes Catholisches Zeug-Hauß, das ist, gründliche Vertheidigung der Lehre und Lebens des Seel. Herrn D. Martini Lutheri, wider D. Marci Schönnmanns unüberwindliches Catholisches

lisches Zeug-Hauß: darinn zugleich von vielen wichtigen Historischen- und Religions-Sachen gehandelt wird. Jena.

Iacob Heerbrands D. Theol. und Prof. Tubing. Christliche, Evangelische und Schrifftmässige Predigt von dem Papistischen Fronleichnams-Feste, so an. 1584 gedrucket, und aus beweglichen Ursachen ietzo wieder auffgeleget worden, samt einer Vorrede an alle rechtschaffene Evangelische, auch von denen Iesuiten bedrängte Christen in der Stadt Erffurt. Ien.

Thomae Sagittarii, Prof. zu Jena, und nachmahls Gymnasiarchae zu Breßlau, Lateinisches Tractätlein von der höchsten Glückseeligkeit der Städte, in welchen Academien auffgerichtet seyn, ins Teutsche übersetzet. Ien.

Historia Vitae ac Mortis Tulliae, M. Tullii Ciceronis filiae: Accedunt Annotationes in Seruii Sulpitii Epist. consolatoriam ad Georgium Wolfg. Wedelium, opt. coniugis, & Ioach. Io. Maderum, filii primogeniti obitum lugentes. Ièn.

Historia antiqua Noribergae. Ien. Vid. Tentzelii Dialog. Menstr. 1696. p. 263. Conf. Struuius l. c. p. 645.

1680.

Kurtzer Historischer Bericht, was es mit der Professione Theologiae Augustanae Confessionis auf der Uniuersitaet zu Erffurt eigentlich für eine Bewandniß hat, und wie ungütlich dem Professori von einigen Privat-Leuten geschicht, daß sie ihm dieses wolhergebrachte Amt und Titul streitig machen wollen. Ien.

Acht Ehren-Säulen der Durchl. Fürstin, Fr. Marien Hedewig, gebohrnen Land-Gräfin zu Hessen, Herrn Hertzogs zu Sachsen Hoch-Fürstlichen Gemahls, Christ-Fürstl. Leben und seligstes Sterben begreiffende. Ien.

Vita Io. Thomae, Cancellarii Saxonici.

Historia Eccardi II, Marchionis Misniae, & Translationis sedis Episcopalis Ciza Numburgum. Vid. Struuius l. c. p. 587, vbi hanc Historiam *multa industria elaboratam* dicit.

1681.

Der auf der Wage der Warheit gar zu leicht erfundene Jesuit P. Marcus Schönmann, das ist, kurze doch gründliche Erweisung, wie gemeldten Jesuitens also genannte Wag Danielis von gar keiner Wichtigkeit und das Ausgelehrte und Entwehrte Catholische Zeug-Haus in denen Historischen und Religions-Sachen gar schlecht examiniret worden. Ien.

1682.

Nuclei Historiae Germanicae, origines, incrementa ac imminutionem Germanici Imperii per singulorum Caesarum Historiam ad praesens aeuum per compendium exhibentis editio secunda. Ad illustriss. Com. Schwarzburg Ludou. Frid. Ien. 12. De fatis huius libelli notari merentur sequentia ipsius Sagittarii verba ex Praefatione: Hic libellus quam„vis rudi Minerva compositus, dici non potest, „quanto cum fauore ac gratia a multis praeclaris doctisque viris fuerit exceptus: sic vt non mo„do litteris humanissime ad me scriptis, verum „publicis etiam commentationibus, id testarentur,

„tur. Imo tantus ei fuit honos habitus, vt in ce-
„lebres quasdam Scholas ac Gymnasia admis-
„sus per publicam interpretationem commen-
daretur cupidae discendi adolescentiae. Quid?
„quod ante hoc triennium a *Io. Bapt. de Rocoles*,
„Historico Gallico & Brandenburgico, in Gal-
„licanam conuersus linguam Coloniae Agrip-
„pinae editus tot repererit emtores, vt denuo
„superiori anno Hagae Comitis recuderetur.
„Sicuti autem prior editio Rocoliana contex-
„tum meum nonnullis distinguit additioni-
„bus, ita operosius id facit editio altera; vt mi-
„rum non sit, spissiorem exin redditum li-
„brum pro Breuiarii nomine (*Abregé de l' Histoire*
„*de l' Empire de l' Empire d' Allemagne*) ipsius
„Historiae Germanicae titulum (*Histoire de l'*
„*Empire d' Allemagne*) reperisse. Quid vir do-
„ctissimus in his praestiterit additionibus,
„meum non est dicere, ac facile patior, ea
„quae concisius sunt dicta, exprimi disertius,
„quaeque a me relicta putantur, in exotica lin-
„gua addi. Cur tamen ipse noluerim in altera
„hac editione multis modis augere libellum,
„non defuerunt mihi causae graues, & in his
„non postrema, ne ingenia, quae priori as-
„sueuerant editioni, turbarentur. Si quae
„vero addidi, in primis credidi necessaria, ac
„ad summam rei prae ceteris pertinentia.
„*Παροράματα* ac errata siue in computo, siue
„in ipsa historiarum serie a me commissa di-
„spunxi, quae restant, ne sinisterius interpre-
„tentur lectores, perhumaniter rogo. Quod
si

„ſi autem vitam, valetudinem ac otium dede-
„rit Deus, quae breuiter in hoc opusculo ſum
„complexus, alio opere fuſius illuſtrabo, ac
„ſingula probatae fidei Hiſtoricorum teſti-
monis confirmabo.

Hoch-Gräfl. Reusſiſchen Stamm-Baums Betrachtung, unter dem Nahmen Aletophili von Selenen. *Schleitz.*

Diſſertatio Hiſtorica de Originibus & Incrementis Luneburgi. Contenta vid. in Bibl. Hiſt. Hamb. l. c. p. 230 ſq.

Diſſertatio de Motibus Heroicis, eorum praecipue, qui cum imperio ſunt.

Antiquitates Scythicae, exercitatione ad Iuſtini L. II. cap. II expoſitae.

1683.

Hiſtoria Epiſcoporum Naumburgenſium a prima Epiſcopatus origine ad praeſentem ſtatum repetita. Vid. Bibl. Hiſt. Hamb. l. c. p. 244 ſq.

Hiſtoria Northerti, Archiepiſcopi Magdeburgenſis, Praemonſtrat. Ord. conditoris. Vid. l. c. p. 240 ſqq. vbi alii etiam ſcriptores fabulas, quibus Northertina Hiſtoria commaculata, refutantes adducuntur.

1684.

Harmoniae Hiſtoriae Paſſionis IEſu Chriſti Libri tres, in quibus non modo vniuerſa S. Paſſionis Hiſtoria cum ſingulis ſuis circumſtantiis ſecundum SS. Euangeliſtarum ductum cum cura explicatur, ſed etiam variae Quaeſtiones & Obſeruationes Theologicae, Philoſophicae, Philologicae, Hiſtoricae ex optimis quibusque Scriptoribus, veteribus atque recentioribus

bus resoluuntur & illustrantur. Opus tam Theologiae cultoribus & ecclesiae ministris, quam omnibus sacrarum externarumque Antiquitatum studiosis vtile. Lips. 4. Historiam huius praestantissimi libri, quo magnam auctor sibi comparauit famam, ipse Sagittarius in Praefat. ad Lectorem exposuit. Nos ea tantum decerpemus, quae ad initia huius operis Lubecae facta pertinent. Sic autem a B. Sagittario enarrantur: „Ex quo a B. Patre meo M. Caspare Sagittario, „V. D. in aede S. Iohannis Luneburgi ministro „fidelissimo, Lubecam missus, & potissimum „viri clarissimi Henrici Bangerti, tum Pro-„Rectoris Scholae Senatoriae institutioni „fuissem commendatus, magna me inuasit „voluptas penitius cognoscendi studia Phi-„lologica, & in his potissimum sacras & ex-„ternas antiquitates. Quod quidem deside-„rium cum praeter laudatum Praeceptorem „meum deprehenderent Bernhardus Krech-„tingius & Iacobus Göttenius, alter ad pri-„mariam S. Mariae aedem, alter in claustro „monialium ad S. Iohannem optime meriti „Ecclesiastae, variis me iuuerunt modis & ad „cognitionem librorum selectorum manu „quasi duxerunt. Ac priori quidem eo me „obligatum fateor magis, &, dum vita erit, „fatebor, quod ad aureae excerpendi artis „adyta facilem mihi per exempla Biblica, „itemque Curtiana viam panderet, eoque „fundamenta omnium illarum scriptionum, „quae a me sunt editae hactenus, &, si me

Deus

„Deus seruauerit, in posterum edentur, po-
„neret. Atque idem ille Krechtingius quan-
„do per sanctam Quadragesimam singulis
„sabbati diebus sermones ad populum, qui
„frequentissimus aderat, ex patientis IEsu
„historia faceret: eosdemque variis Quae-
„stionibus ac Obseruationibus Philologicis,
„ad captum tamen auditorii comparatis di-
„stingueret, a finitis orationibus relegere
„coepi nonnullos scriptores, qui in hanc hi-
„storiam fuerant commentati. Sic igitur
„initium feci ab Harmonia magni non huius
„tantum Academiae, sed totius Ecclesiae
„Euangelicae Theologi, B. Iohannis Ger-
„hardi. &c.

De Originibus & Incrementis Brunsuici.

Celsissimae Origines Serenissimorum Ducum Brunsui-co-Luneburgensium. Iustae sunt laudes, quae leguntur in Bibl. Hist. Hamb. Cent. V. p. 226.

Antiquitates Archiepiscopatus Magdeburgensis, quam plurimis nunquam antea editis Ottonis I diplomatis bullisque Pontificiis distinctae. Egregium est de his Antiquitatibus iudicium Cl. Reimmanni l. c. p. 551: *Caspar Sagittarius hat in seinen Antiquitatibus Magdeburgensibus alle seine Vorgänger insgemein, und den M. Io. Pomarium, Andream Wernerum und andere dergleichen Scribenten insonderheit gantz unvergleichlich übertroffen, und dem Leser sonst keine materie zu tadeln übrig gelassen, als diese, daß er die angefangene Geschichte*

nicht weiter als von Anno 937 biß auf das Jahr 973 ausgeführet hat.

Historia Marchionum ac Electorum Brandenburgensium ab origine Marchiae ad praesentem vsque statum repetita. Conf. Struuius l. c. p. 540 sq. Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 245 sq.

Historia inclutae ciuitatis Holsatiae Rensburgi. Vid. Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 255 sq.

Antiquitates Regni Thuringici, das ist, Gründlicher und ausführlicher Bericht von dem Nahmen und alten Zustande der Thüringer Landes, insonderheit aber von dem alten Thüringischen Königreich, desselben Königen, und dero Thaten, wie auch endlich dessen Zerstörung und Theilung unter die Francken und Sachsen: nicht weniger auch von dem Nahmen und Erbauung der Stadt Erffurt. Wobey zuletzt noch zu finden die sonst noch nie im Druck herausgegebene Schrifft des berühmten Mannes Petri Albini, Specimen Historiae nouae Thuringorum. Ien. Contenta huius libri ex Biblioth. Hist. Hamb. l. c. p. 199 sq possunt cognosci.

1685.

Historia Marchiae Soltwedelensis, in qua potissimum Alberti Vrsi vita & res gestae exponuntur. Recensetur breuiter l. c. p. 250 sq.

Antiquitates Gentilismi & Christianismi Thuringici, das ist, Gründlicher und ausführlicher Bericht von dem Heyden- und Christenthum der alten Thüringer, worinn absonderlich dargethan wird, daß schon längst vor den Zeiten des Bonifacii gute Christen in Thüringen

gen gewesen, und dieser also mit nichten der Thüringer Apostel sey. Wobey die gantze Historie des Lebens, der Lehre und Schrifften des Bonifacii, wie auch vieler Ertz- und Bischoffthümer, insonderheit aber Maintz, Saltzburg, Freisingen, Regenspurg, Passau, Eichstedt, Würtzburg, nicht weniger des berühmten Stiffts Fulda, darzu vieler andern Stiffter und Klöster vornehmlich in Thüringen und zu Erffurt, Ursprung und Auffnehmen mit Fleiß beschrieben wird. In drey Bücher abgetheilet, und mit nöthigen Kupffern und Registern versehen. Ien. Contenta vide l. c. p. 201 sqq.

Historia Bellorum Scythicorum, exercitationibus ad Iustini Lib. III & V exposita. Ien.

Historia Amazonia, siue exerc. ad Iustini lib. II. cap. V. ibid.

Epitaphia Templi Ienensis Academici.

1686.

De Nomine Westphaliae. Reiicit in prima vocis parte enucleanda etymologiam a *Vesta* deductam, vultque potius respici ad plagam mundi occidentalem, quae *West* Germanis dicitur. Alteram vocis partem coniicit a verbo *Wallen* i.e. *ambulare*, *ire* optime deriuari.

Historia Principum Anhaltinorum. Ien. 4. pl. 30. Defendit hanc prolixam & eruditam Dissertationem sub praesidio Sagittarii nostri summe reuerendus atque excellentissimus Praesul noster *Georg. Henr. Goetzius*, quem honoris causa nomino. In pretio hodieque merito habetur, etsi historiarum studiosi possint

vastum illud Anhaltinae Historiae opus a Io. Christoph. Becmanno elaboratum euoluere. Conf. etiam Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 246 sqq.

1687.

Antiquitates Alstetenses & Palatinatus Saxonici. Vid. l. c. p. 224.

Dissertatio Historica & Apologetica pro doctrina Doct. Lutheri de Missa, siue Confutatio renouatae aduersus Doct. Lutherum, & qui sententiam eius sequuntur, calumniae impudentissimae, ab Abbate quodam, in Tractatu Gallico an. 1684 *Lutetiae edito, qui Latine versus simul exhibetur, cuique titulus est:* Recitatio Colloquii Lutheri cum diabolo. *Huic Refutatio per modum Notarum inseritur.* Ien. 4. Abbas ille est *Cordemoy.*

1688.

Memorabilia Historiae Luneburgicae. Recensionem habes in Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 232 sq.

Antiquitates Ducatus Thuringici. Alt-Thüringisches Hertzogthum. Das ist, Historische gründliche Ausführung, wie nach Zerstörung des Königreichs Thüringen und dessen Theilung unter die Teutsche, Francken und Sachsen, der Teutsche Fränckische Theil ein wahres Hertzogthum gewesen. Wobey zugleich alle annoch verhandene Geschichte, so sich unter denen Teutschen Königen und Kaysern biß auf die Regierung Königs Cunradi des I. in Thüringen begeben, mit Fleiß zusammen gelesen und erkläret worden. Nachmahls aber insonderheit gewiesen wird,

wird, wie das Königliche Regiment durch die Hertzoge und Grafen in den Pagis, Städten und Dörffern, vornehmlich aber in der Stadt Erffurt, wie auch durch Centenarios, Decanos, Vice-Comites, Scabinos, Rachenburgios, Sculdasios, Missos Dominicos u. s. w. in Acht genommen worden. Item: Wie es in den Thüringischen Klöstern vor Alters hergegangen, samt vielen andern merckwürdigen Anmerckungen, in 4 Bücher abgetheilet, und mit Summarien und nützlichen Registern versehen. Ien. 4. Contenta huius libri dat ipse titulus. Vide tamen etiam cit. Bibl. p. 203 sqq.

1689.

Memorabilia Historiae Gothane. Ien. 4. Haec secuta est *Historia Gothana plenior*, cuius edendae quidem initium factum est an. 1694 ab ipso Sagittario, sed, intercedente Auctoris morte anno demum 1700 studio *Guil. Ern. Tentzelii* absoluta. Idem quoque Tentzelius dedit *IV Historiae Gothanae Supplementa.* Primum editum Ien. 1701. 4. Vid. Act. Erud. Lips. 1701 p. 162. Secundi Sectio prima prodiit an. 1702, secunda an. 1716. Tertium & Quartum eod. an. 1716 prodierunt. Leg. Bibl. Hist. Hamb. l. c. p. 208-217. Struuius l. c. p. 593 sq.

1690.

Historia Templi Ienensis Academici, cui accedunt Epitaphia huius templi, item Oratio de Ducibus Saxoniae Ienensis Academiae Rectoribus, & nonnulla alia.

Programma, quo exponit causas, cur priuatae lectiones

nes in Historia liberarum Imperii Germanici Vrbium intra definitum a se temporis spatium non potuerint finiri.

Programma, quo Orationem Panegyricam, memoriae illustris Cancellarii Saxonici, Rudolphi Wilhelmi Crausii, in Aede Collegii Academici habendam indicit.

1691.

Origines & Successio Principum Arausionensium vsque ad Wilhelmum III. Magnae Britanniae Regem. Contenta huius scripti paucis indicantur in citat. Bibl. Histor. pag 256 sq.

Sulpitii Seueri Historiae Sacrae Libri II recensiti, adiectis breuibus Notis Ien. 12.

Theologische Lehrsätze von dem rechtmässigen Pietismo, teutsch und lateinisch. 4. Quid in caussa Pietistica praestiterit Sagittarius, narratur in ausführl. Beschreib. des Pietistisch. Unfugs pag. 20 sq. Mihi quidem ob ingenuum, quo fuit praeditus, animum vix videtur dubitandum, quin, si mysterium iniquitatis in Pietismo latens cognitum satis habuisset perspectumque, impios Pietistarum conatus publicis scriptis vehementer improbasset. Vnde etiam sine acri eum censura dimittit summe reu. Loescherus in Timoth. Verin. pag. 81, vbi controuersiae, quam habuit, pietisticae mentionem iniicit. Interim optant multi, eum gregi pietistico se plane non associasse. Conseruasset sic felicius bonam, qua inclaruerat, famam, euitasset etiam aliorum censuras, ad quas spectat ea quoque, quam an. 1691 ad

ad Io. Georg. Neumannum perſcripſit C. Weiſius his verbis: *Audio, Sagittarium Ienenſem aperte profiteri Pietiſtarum partes. Malim contineri intra cancellos hiſtoricos, in quibus ob variam ſcribendi virtutem & dexteritatem ſatis inclaruit.* Vid. Weiſ. Epiſtol. p. 160.

Chriſtliche Erinnerung wider die zu Erffurt herausgegebene Schrifft wider ſeine Lehrſätze. 4.

Abermahlige Chriſtliche Erinnerung wegen eines zu Erffurt gedruckten Pasquills. 4.

Gründlicher Beweiß, daß ſeine Theologiſche Lehr-Sätze noch feſte ſtehen. 4.

Sendſchreiben an Herrn M. Auguſt Herman Francken das Pietiſtiſche Weſen betreffend. 4.

Epiſtola ad Fridericum Danielem Titium, Gedanenſem, de Obitu Emanuelis Gutmanni, ciuis & cognati ſui. 4.

Chriſtſehnlicher Wunſch, daß die Acta Pietiſtica ans Licht gegeben würden. 4.

Kurtze Abfertigung Samuel Vogtens ſchnödes Pasquills. 4.

Chriſtliche Vermahnung, daß man ſich an die Pasquille wider ihn nicht kehren ſoll. 4.

Hiſtoriſche Ausführung des Satyriſchen Pasquills, ſo zu Erffurt gedruckt. 4.

Bericht was die Bekehrung zu Chriſto verhindere. 4.

1692.

Gründlicher Bericht von Landgraf Heinrichs in Thüringen, Pfaltz-Grafen zu Sachſen, Römiſchen Königes-Wahl, wie auch deſſen kurtzer Regierung, glücklichen und unglücklihen Kriegen, Kranckheit, Tode,

Begräbniß und Gemahlinnen, aus vielen gedruckten und geschriebenen Büchern zusammen getragen, Jena.

Christlicher Neu-Jahrs-Wunsch an alle Evangelische Theologos, die die Beförderung des thätigen Christenthums sich angelegen seyn lassen. 4.

Theses Theologicae Apologeticae de promouendo vero Christianismo, ad Io. Schwartzium, Superintendentem Querfurtensium. 4.

1693.

Antiquitates Lacus Podamici, cum Specimine Historiae Lindauiensis. Ien. 4. pl. 20. Recensetur & laudatur hic Tractatus in cit. Bibl. Hist. pag. 258 sqq. Reiecit quoque Sagittarius notum illud Diploma Lindauiense, quod Conringius in peculiari Censura & Tentzelius in Dialog. Menstr. 1693. p. 379. sqq. νοθείας conuicerunt,

Historia Vitae Georgii Spalatini. Ien. 4. Per insignis hic Tractatus, praeter alia notatu digna, multa etiam habet Reformationis Lutheri historiae selecta capita illustrantia. Vnde meritae sunt laudes, quibus ornatur in cit. Bibl. Hist. p. 222. sq.

1694.

Dissertatio Epistolica, qua in ratio redditur Genealogiae Sagittarianae & Analecta in librum de Ianuis Veterum &c. Ad V. Cl. Theodorum Ianssonium ab Almeloveen, Med. & Polyhist. Batauum florentissimum. 8. 1694.

Introductio in Historiam Ecclesiasticam & singulas eius partes, siue Notitia Scriptorum Veterum atque recentium,

tium, qui vel historiam ecclesiasticam vniuersam, vel Regnorum, aliarumque Provinciarum, Vrbium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Superintendentium, Monasteriorum, Imperatorum, Pontificum & Cardinalium Romanorum, Haeresium, Rituum &c. Historiam illustrarunt. Additi quoque sunt Indices varii Capitum & Sectionum, Auctorum, Rerum & Verborum maxime necessarii. Ien. 1694. 4. Vltimus hic est liber a Sagittario elaboratus, quo tanquam fine opera sua coronauit. Ipso, quo mortuus est, die quandam huius libri partem perfecit. *Nec multo post*, ait saepe laudatus Schmidius l. c. p. 109, *anno* 1694. *aderat vltima illa linea rerum, vltimus ille vitae dies, IX. Martii, quo summo mane Sectioni de Manichaeis in Introductione, cum & manus & pes plane non, oculus & auris non satis apte suum amplius praestarent officium, plenus tamen ingenii viribus dictitando vltimam imposuit manum.* Eidem Schmidio orbis eruditus pro huius Operis editione merito est obstrictus. Debet illi quoque nouam editionem, quae an. 1718. lucem aspexit: vt & Continuationem, quae eod. an. Ien. 4. lucem vidit, hoc titulo insignita: *Sagittarianae Introductionis in Historiam Ecclesiasticam Tomus II, exhibens Supplementa Tomi primi & eiusdem Continuationem de Conciliis & Colloquiis, curante Io. Andr. Schmidio.* Historiam huius Tomi II Schmidius in Praefatione exhibuit. In ea refert, quod Supplementa partim ex annotatis Sagittarii partim ex Sluteri Propylaeo, partim ex suis & amicorum (quos inter honorificam men-

mentionem facit *Theodori Hasaei*, Theologi apud Bremenses Reformati celeberrimi, a quo capita XIX, XX, XXI & XXII suppleta) obseruatis sint concinnata: quodue ipse in Conciliis ordinem alphabeticum; in Colloquiis (quorum tempus, locum, praesidem, assessores, acta, decreta, canones, consequentia & auctores de iis cemmentatos memorat) chronologicum sit secutus. Demonstrat tandem etiam, restare *Tomum Tertium*, agentem de rititibus aliisque antiquitatibus ecclesiasticis, persecutionibus, martyribus & martyrologiis, sanctis, hierarchia ecclesiastica & ordinibus religiosis vtriusque sexus, cuius Tomi etiam edendi facit spem, quam vt impleat, mecum optant omnes, qui ecclesiasticam historiam diligunt. Leg. de illustri hoc opere Sagittario-Schmidiano Act. Erud. Latin. 1695. p. 139. sq. Tentzelii Dial. Menst. 1694. p. 338. sqq. Cl. Struuius l. c. p. 179. 680. Cl. Io. Christian. Neu in Acceff. ad Wheari Relectt. Hiemal. p. 26. Bibl. Hist. Hamb. Cent. V. p. 260. sqq. Act. Erud. German. P. LV. p. 467. sqq. Addatur Anselmus Bandurius, Benedictinus, Regiae Magni Etruriae Ducis Bibliothecae Praefectus, in Bibliothec Nummar. p. m. 118 edit. Fabric. vbi Sagittarianam Introductionem laudat ob accuratissimam, quam continet scriptorum rei nummariae an-„tiquae notitiam. Caspar Sagittarius, ita scri-„bit; Luneburgensis, Historicus Saxonicus, „hic nominandus est, non quod Commentaria

in

„in nummos ſcripſerit, quae hactenus nulla a „doctiſſimo viro confecta audiuimus;ſed quia „in *Introductione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & ſingulas eius partes* quae Ienae an. 1694. edita eſt „in 4. cap. 23. de iis, qui veteris aeui hiſto„riam nummorum ope illuſtrare, aut reſti„tuere aggresſi ſunt, diſſeruit & quidem accu„ratius multo, quam ab vllo antea factum fue„rat.

Sequuntur B. Viri *Manuſcripta*, quorum pleraque ad editionem parata ſunt:

Antiquitates Comitatus Thuringici ab anno 1025, *vbi vita Ludovici Barbati vsque* 1055; *vita Ludouici filii vsque ad* 1114; *hiſtoria Coenobii Reinhardburgenſis ab anno* 1088. *vsque* 1521; *hiſtoria Coenobii Oldislabenſis ab an.* 1089. *vsque* 1519; *caput vltimum de morte Ludouici filii & vxoris Adelheidae, & alia.*

Abſonderliche Abhandlung der Thüringiſchen Grafen und Herrſchafften, nach dem Alphabet.

Antiquitates Marchionatus Thuringici von Anno 912. *biß* 1125. *Wobey auch von der Stifftung des Kloſters* Paulin Zell *(um das Jahr Chriſti* 1106) *etlichen Aebten und Begebenheiten daſelbſt.* Hiſtoriam Comitum de Gleiſsberg inde excerptam habemus in Act. Erud. Germ. Tom. II. P. XIX. Artic. 6.

Antiquitates Landgrauiatus Thuringici von anno 1130 *biß* 1247.

Hiſtoria Glichenſis. Laudatur a Celeberr. Struuio l. c.

l. c. p. 635 sq. Conf. Tentzelii Dialog. Menstr. 1696. p. 603, vbi quaedam ex ea excerpta.

Historia Salfeldensis.

Historia Luneburgensis a condita vrbe ad an. 1598 *Libb. V.*

Historia de Pistore Luneburgensi anno 1371 *pro patria fortiter pugnante.*

Respublicae variae, seu Politica specialis cum apparatu auctorum eo pertinentium.

Collegium de Regnis, Hispania, Portugallia, Gallia, Magna Britannia, Polonia, Dania, Suecia, Vngaria, Bohemia.

Collegium de Rebuspublicis Europae liberis.

Compendium Historiae Venetae publicis praelectionibus propositum.

Collegium priuatum de statu praesente Imperii Germanici, habitum anno 1681 *exeunte &* 1682 *ineunte.* Obseruationes Historico-Genealogicas de Comitibus Glichensibus, Stolbergicis, Ruthenis &c. ex hoc Collegio excerptas dedit V. C. Ioach. Frid. Fellerus in Monument. Inedit. Trimestr. XII p. 629 sqq.

Historia Electorum.

Historia Ducum quorundam Brunsuico-Luneburgico-Saxo-Lauenburgicorum, Mecklenburgicorum &c.

Historiae Liberarum Imperii Romano-Germanici Vrbium

Alae ab an. 1350 ad an. 1649.

Augustae ab an. P. N. C. 18 ad an. 1688.

Bibracensis ab an. 751 ad 1672.

Bopfingae ab an. 1078 ad 1645.

Bucha-

Buchaviae ab an. 925 ad 1381.
Buchorn ab an. 1130 ad 1643.
Campodonensis ab an. 868 ad 1648.
Cellae ad Hammersbachium ab an. 1489 ad 1632.
Eslingensis ab an. 804 ad 1658.
Francofurtensis ab an. 753 ad 1663.
Friedbergensis ab an. 1247 ad 1669.
Gamundanae ab an. 1049 ad 1648.
Giengae ab an. 1147 ad 1638.
Gelenhusae ab an. 1180 ad 1641.
Goslariensis ab an. 1261 ad 1650.
Hailbrunnensis ab an. 1230 ad 1688.
Halensis ab an. 1037 ad 1645.
Hamburgensis ab an. 1304 ad 1691.
Isnae ab an. 1042 ad 1634.
Lubecensis ab an. 1401 ad 1686.
Kaufbeirensis & Leutkirchensis ab an. 1325 ad 1654.
Leutkirchensis ab an. 1293 ad 1669.
Lindauiensis ab an. 866. ad 1649.
Memmingae ab an. 1448. ad 1688.
Mulhusinae ab an. 1135 ad 1688.
Northusanae ab an. 929 ad 1650.
Nördlingensis ab an. 73 ad 1647.
Norimbergensis ab an. 1200 ad 1689.
Offenburgensis ab an. 1350 ad 1489.
Pfullendorfiensis ab an. 1381 ad 1481.
Ravensbergensis ab an. 1100 ad 1650.
Reutlingensis ab an. 1111 ad 1677.
Rotenburgensis ab an. 1114 ad 1688.
Rotwilensis ab an. 886 ad 1664.

Swin-

Swinfurtensis ab an. 1017 ad 1666.
Vlmensis ab an. 858 ad 1688.
Vberlingensis ab an. 1212 ad 1649.
Wangeae ab an. 1274 ad 1647.
Wilanae ab an. 1275. ad 1647.
Weissenburgensis ab an. 793 ad 1650.
Wetzlariae ab an. 943 ad 1643.
Wimpinae ab an. 503 ad 1645.
Winsheimii ab an. 1300 ad 1650.

Historia Imperatorum Germanicorum Henrici II, Conradi II, Henrici III & rerum in Ecclesia & Republica hoc tempore gestarum, ex ipsis antiquorum historicorum testimoniis concinnata.

Historia Caesarum Regumque Germaniae a Pontificibus misere diuexatorum.

Volumen Diplomatum omnis generis, Caesarum, Regum, Pontificum, Principum, Episcoporum, Abbatum &c.

Sulpitii Seueri Historia Sacra cum Indice accuratissimo, qualis nullus vnquam editus est.

De Persecutionibus Primitiuae Ecclesiae.

De Notitia Auctorum Commentariolus.

Notitia Historicorum Graecorum tam Gentilium, quam Christianorum, qui ad huc superstites, ab Herodoto ad Metrophanem Smyrnaeum.

Commentariolus de Scriptoribus Historiae Germanicae ad Programma editum.

Hactenus Venerab. Schmidium sumus secuti, ita tamen, vt varia passim addiderimus. Post Schmidium laudatus Fellerus l. c. Trimestr. I. p. 46. sq. indicauit XII. MSSta Sagittariana, e quibus

bus ea adiiciemus, quae in Schmidiano catalago non apparent. Sunt autem

Nouum Germaniae Historicorum Corpus, cuius edendi spem facit in Introd. in Histor. Eccl. pag. 64.

Historia Archiepiscoporum omnium Magdeburgensium. Vid. introduct. p. 505, vbi ipse affirmat, quod eam *magno studio & labore composuerit*, docetque, Electorem Brandenburgicum singulari decreto huius operis editionem permisisse. Editum esse vnum huius Historiae volumen, (quod est sine dubio *Antiquitatum Magdeburgicarum* liber), reliqua tabulario Electorali illata, ex Tentzelii Biblioth. Curios. 1705. T. II. p. 236 refert Fellerus l. c.

Historia Vrbis Bremensis. Vid. Introd p. 488, vbi post citatos quosdam scriptores Bremenses *& nos quoque*, ait, *in MSta Historia Vrbis Bremensis eorundem Archiepiscoporum vitas & res gestas cum studio exposuimus.*

Memorabilia Luneburgensia, per quae forsan intelligenda est citata iam *Historia Luneburgensis.* Possessor horum Memorabilium fuit Io. Reiskius, Fellero teste l. c.

Historia Ratisbonensis. Hac Archivum Ratisbonense auctum est. Leg. Tentzel. 1694. p. 1002.

Dissertation von Rüxneri Thurnier-Buche, unter dem Titul: Ruxnerus exenteratus. Vid. Diss. de Eccardo II. p. 31.

Historie der Grafen von Kevernburg. Conf. Tentzel. Dial. Menstr. 1694. p. 630. sq. 1001.

Historia inedita Comitum de Beichlingen, cuius editio-

S

tionem in Antiquitatt. Marchionat. Thuring. MS. c. 35 promisit.

Haec ex Felleriano catalogo, qui itidem accessiones nonnullas patitur. Sic Celeb. Struuius in Biblioth. Hist. p. 575. scribit: *Caspar Sagittarius, vt muneri suo Historici Saxonici, quod gerebat, satisfaceret, scripsit* Compendium Historiae Saxonicae, *successionem ab Alberto Vrso vsque ad nostra tempora breviter explicans. Huius licet potiores paginae iam dum impressae, ad finem tamen perductum non est, & singulari fato fuit suppressum.* Noua, & fontium quidem praesidio munita, *Chronici Carionis* editione eum reipublicae litterariae inseruire voluisse, ex iis, quae commentatur in Introduct. p. 98. coniicias. Laborem *Martini Poloni Chronico* impensum cognoscere licet ex eadem Introduct. pag. 71. sq, vbi sequenti modo scribit: *His, quae recensui, MSS. omnibus vsus est Vir Cl. Ioach. Ioan Maderus, cum nouam editionem operose moliretur. At, cum ante quam prodiret illa, cum magna publici iactura obdormiret, ac MSS. Maderiana pleraque in inclytam Augustam Wolfenbüttelanam transferrentur, Serenissimus Dominus Rudolphus Augustus, Dux Brunsuicensis ac Lüneburgensis, maximus litteratorum Maecenas, id dedit supplicibus meis, vt quicquid congesserat Maderus in Martino Polono, ad me mitteretur. Quamobrem non modo integrum, vt excusum habetur, mea manu descripsi Martini Chronicon, sed & quas Maderus collegerat variantes lectiones, ac denique quotquot Maderus vel ipse conscripserat, vel ab aliis conscribi fecerat, appendices descripsi. Quando tamen ante paucos annos Maderiana illa clemen-*

mentissime repeterentur, nec satis mihi foret spatii, de noua editione certi aliquid statuere, non modo quicquid accepi, humillime remisi, sed & ipsum MS. meum laudatae Bibliothecae dedicaui, vt adeo, praeter appendices illas, nihil horum amplius sit in manibus meis. Alii eius conatus edendi *Dissertationem de Imperatore Gunthero Schwartzburgico*, itemque *Antiquitates veteris Thuringici Comitatus Arensbaug* ex Tentzelii Dial. Menst. 1694. p. 620. & Biblioth. Curios. 1704. p. 1168 cognoscuntur.

Epistolas ipsius plerasque, quas ipse ad editionem parauit, interiisse, dolemus. Quantum enim inde litterariae notitiae potuisset hauriri, vel eae docent, quas ad *Christianum Weisium* exarauit, quaeque cum Weisianis Christian. Godofr. Hoffmanni cura Budissae 1715. 8. prodierunt. In his Epistolis lectu dignissimis passim etiam de rebus ac scriptis suis quaedam commemorauit.

Inter iudicia de Sagittario nostro lata non displicet illud, quod tulit idem Weisius in Epistol. ad Bohuslaum Balbinum pag. 68 his verbis: *Habes litteras a Sagittario nostro, qui Theologiae Doctor ac Historiarum Professor est in Academia Ienensi. Quem tibi virum multis abhinc annis volui conciliatum, si affulsisset occasio. Siue enim stilum spectes, qui facillimus, purus, perspicuus & plane historicus est, siue historiarum profundissimam notitiam, quam ferrea sua sibi comparauit industria, comparandus certe videtur cum plurimis, quorum apud nos aliqua fuit gloria.*

IOANNES SCHACHTIVS.

Lubecae an. 1633. d. 24 Nouembr. in lucem est susceptus, &, cum aetas pateretur, ad studia litterarum perductus. Parentes quidem *Ioannes Schacht*, ciuis integer & nauiculator, & *Gertrude Arends*, femina honesta, rei nauticae eum consecrarant, sed ob praeclaram tandem indolem ad sacra litteraria fuit admissus. Parentes *licet*, ait B Suantenius in Memor. eius ap. Goetz. in Elogg. Germ Theolog p. 643 sq, *primo quidem nauticae innutriendum eum censuerint arti, vt nauicularius euaderet, percepto tamen constante ipsius ardore ac desiderio, quo in artes liberales & harum studia ferebatur, nulli parserunt vel operae, vel impensae, vt huius literati compos voti filius existeret. Quare eum fidelissimis tunc & praestantissimis Ephebei nostri praeceptoribus ac magistris formandum tradiderunt, vt probitate, doctrina atque modestia tenellus adolescentis animus solide excoleretur.* Studia deinceps Academica tractauit Rostochii (vbi an. 1657 d. 22 Octobr. Magister Philosophiae renunciatus), Giessae & Wittebergae. Munia sacra, quae in patria obiuit, docent verba in Epitaphio ipsius, quod est in templo Iacobaeo, apparentia:

M. IOHANNES SCHACHT,
dieser Gemeine Pastor, ist hie zu
Lûbeck A.1633 den 24 Nov.gebohren,
ins heilige Predig-Ampt beruffen An.
1662.den 13 Martii,und Pastor A.1686.

den

den 12 Augusti. Nachdem er nun über 27 Jahr seinem GOtt getreulich in seinem Ampt gedienet, ist er A. 1689 den 20 Octob. seines Alters im 56 Jahr, seelig im Herrn entschlaffen.

HENRICVS SCHARBAV.

Lucem vidit Lubecae an. 1689. d. 15 Maii. Didicit in nostro Athenaeo ea felicitate, vt an. 1707 Academicis doctoribus auditorem iure meritoque se potuerit praebere. Inuisit autem studiorum augendorum causa Ienam (vbi elaborato themate pereximio *de Prouocatione ad Tribunal DEi* an. 1710. d. 13 Mart. Philosophiae Magister creatus est), Wittenbergam, Lipsiam & Rostochium, ibidemque non solum audiendo & disputando, sed scribendo etiam, & tandem alios docendo tempus vtilissime consumsit. Reversus in patriam an 1712. d. 9 Dec. summe Reu. Goetzii nostri *Dissertationem Historico-Theologicam de Monica, Matre Augustini*, in Colloquio Theologico defendit. Anno 1715 d. 22 Aug., vocatus ad Arcis & Spiritus S. Templum verbi diuini Minister, pro impetrandis ordinationis Ecclesiasticae sacris, laudati Praesulis Lubecensis *Commentationem de Ioanne Staupitio* propugnauit. Idem Goetzius vitam Nostri fusius exposuit in scripto, cui titulus: *Ordinations-Sermon über D. Johann Staupitzens Leib-Spruch: Sum tuus, o JEsu, facias me quaeso beatum.* Lubec. 8. Dedit etiam

 ipsius

ipsius laudes, quas repetere nolo, ne videar amicitiae, quam mihi cum viro doctissimo & praecocibus eruditis omni iure accensendo, intercedere valde gaudeo, aliquid dedisse. Adiiciam tamen notitiam elegantissimorum ipsius scriptorum, quae sunt

Disputatio de Homicidio doloso supra aggratiandi ius posito. Ien. 1708. 4. Praes. M. *Io. Dan. Heinrico.*

Dissertatio Philologica de Creophagia ante diluuium licita. Ien. 1709. 4. Praes. *Io. Andr. Danzio.*

De Fatis Studii Moralis apud Ebraeos. Lips. 1712. 4. Hanc Dissertationem, qua mascule horis antemeridianis & pomeridianis desensa Noster facultatem scholas aperiendi impetrauit, vir immortalis in orbe litterato gloriae, Io. Alb. Fabricius, dignam etiam iudicauit, quam in Bibliograph. Antiquar. p. m. 617 commemoraret.

De Serpentis Aenei Significatione Mystica Exercitatio Philologica. Lubec. 1713. 4.

Tractatus de Parallelismo cum Haereticis instituto. Rostoch. 1714. 4. Summus Theologus, Ioannes Fechtius, praemisit huic Tractatui Praefationem, quam his verbis auspicatus est: *Legi oblatum mihi de Parallelismo Tractatum excellentis varia solidaque eruditione viri, M. Henrici Scharbau. In quo non sine summa animi mei oblectatione & diffusam rerum sacrarum notitiam, & antiquae pariter recentiorisque aetatis historiarum, obortas varii generis in Ecclesia controuersias enarrantium,*

rantium, recensionem, interpositumque tum de au-ctoribus, res tam multiplices referentibus, tum de rerum ipsarum argumentis, iudicium iure meritoque aestimaui pariter & praedicaui. Nec enim laudabilius siue exercendo ingenio, siue amplificandae rerum Theologicarum scientiae studium eligere, quod tractaret, doctissimus auctor mihi videbatur potuisse, cum innumeros ab ipso volui reuoluique libros & vbi singula legerit, conferri cum aliis, iudiciumque suum in sententiarum diuersitate interponi necesse fuerit. Quo pacto earum doctrinarum, quas in Saxonicis Academiis tam industria & inexhausto labore sibi collegit, copiam accessione nequaquam vulgari amplificauit. In quo labore cum id potissimum dandam sibi operam existimauerit, vt veterum recentiumque sententias ad sacrarum litterarum puriorisque Ecclesiae iudicium examinaret, & spretis adulteratae Theologiae pigmentis, purae castaeque parti adhaereret, summam vtique laudem commeruit. Hac enim si & posthac via progressus patriae Ecclesiae, incomparabili eius Antistite D. Goetzio, omnes in id curas laboresque impendente, intaminatum fulgorem propagare ad posteritatem perrexerit, quam apud Deum gratiam, quem apud cordatos piosque sibi comparabit fauorem? Haec Fechtius, a quo non dissentiunt Auctores Relatt. innox., qui recensionem huius Tractatus ita concludunt: *Es zeigt sich hier eine diffusa lectio und rühmliche Liebe zu der Evangelischen Kirche.* Vid. an. 1714. pag. 1015. Aliter quidem, more suo, iudicant Memoriarum Treuoltiensium auctores, qui Germa-

norum, in primis Lutheranorum, ſcripta, praeſertim Theologica, & vel omnino contra Pontificios directa, vel ſaltem Anti-Papaeum quid admixta habentia nunquam ſolent ſine cenſura, tam acri, quam iniuſta, dimittere. Atque haec fata etiam expertus eſt doctisſimus hic tractatus, ſua ſe virtute contra leuis armaturae cenſores ſatis defendens, qui poſteaquam plus ſimplici vice ſuppeditauerat amicae confabulationis argumentum, placuit noſtro, pleniorem aliquam huius rei notitiam mecum communicare. Fecit hoc in ſequenti elegantisſima Epiſtola, in qua nihil deſidero, niſi nimia meae tenuitati tributa elogia, quae ſi quis teſtimonia ab amico profecta dixerit, minime repugnabo. Interim ne verbulum quidem in ea volui mutare, ſed integram eam hic exhibere. His autem concepta eſt verbis:

Nobilisſime, amplisſime, doctisſime
Domine Rector, Amice aeſtumatisſime!

Ut in omni vitæ genere, ita inter eruditos ille mihi imprimis omne videtur tuliſſe punctum, qui vtile dulci miſcere ſapienter didicit. Nam ut illos veteratores nauci habeo, qui ultra Syſtemata & commentatores, &, quas vocant, poſtillas non ſapiunt, dictatoria tamen auctoritate, quam ſibi arrogant, de rebus eruditis judicant, cum neſciant, quid in hiſtoria literaria omnium Theologiæ partium agatur, veluti coeci de colorum gratia diſputantes; Ita nova-
turien-

turientes istos ægre pariter feras, qui, quicquid in superioribus & solidioribus disciplinis est arduum, est scitu maxime necessarium, ne primis quidem labris degustant, omnemque suam operam, ne nihil egisse videantur, in rem, quam nuncupant, literariam, sed falsam, sed fictam & fucatam impendunt. Tu, vir præcellens, qui solidissimam omnium disciplinarum scientiam tam egregie calles, ut omne in illis acquirendis tempus collocasse videaris, & omnem tamen simul elegantioris literaturæ ambitum tam feliciter es emensus, ut nihil Tibi intactum, nihil non perspectum, nihil non pervestigatum relictum sit, Tuo exemplo aliis comprobas, ut eruditis utile dulci miscere datum sit.

Sed proh dolor! scriptorum literariorum intra muros peccatur & extra, a scribentibus æque ac legentibus, dum aliqui scriptione sua rem literariam magis onerant, quam ornant, magis mergunt, quam ut emergere sinant, magis ei obsunt, quam prosunt: aliqui palato lascivo solum ea, quæ delectare videntur, appetunt & primæ concoctionis vitia inde capiunt, in secunda non tollenda. Hic mos plures, ut nosti, decipit hodie, quam Sirenes olim decepisse dicuntur. Scilicet referunt: Musas ex spoliis Sirenum & Sirenum pennis coronas sibi fecisse & alatas apparuisse, ut ab eo tempore Musæ alatis capitibus incederent, si unam Sirenum matrem Terpsichoren exceperis. Haec vero significare absque dubio debebat doctrinas leves

quæ ſuavitate ſua multos alliciunt, ut ſpretis, quæ ſolida, & difficilia ſunt, quaſi canant:

Vivamus mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque ſenum ſeveriorum
Omnes unius æſtimemus asſis.

Habent ſuos uſus, ſuos lepores, ſua oblectamenta eruditorum iſta diaria, inprimis, quæ primi ordinis ſunt & ætatem hactenus ferunt. Sed ut illorum autores utiliter, jucunde & moderate res ſuas agunt; ita miraberis in aliis cenſendi libidinem, & effrenam ſcribendi, quam ſibi ſumunt, licentiam, quaſi renati morum librorumque cenſores; in plurimis, qui idem cum aliis facere tentant, quamvis non idem faciant, deprehendes, ut ſint imitatores iſti, quorum ſæpe bilem, ſæpe jocum tumultus cordatioribus mouent. Eo res devenit in recenſendis eruditorum ſcriptis, ut poſtquam id ſibi negotii datum eſſe atlantes literarum olim crederent, qui Oedipodis inſtar ſublimia ſcientiæ cacumina, obſeſſasque vias feliciter perruperunt, & ænigmata Muſarum, ut Oedipus quondam Sphyngis, iſthæc ſolverunt, jam, quod in fabella additur, Sphyngis devictæ corpus aſellis imponatur & tardior quivis triumphum quaſi agat.

Nolo aliquid detrahere autoribus diarii Trevoltienſis, neque enim iis vel elegantia, vel eruditio deeſt; ſed, quod in eiusmodi ſcribendi genere omnem debet implere paginam, moderate & absque partium ſtudio ſcribere, hoc eſt, quod

jure

jure meritoque in iisdem desideres. Æquum erat, ut si quid occurrat, quod censuram mereatur, proponant; sed sarcastico & satyrico, ne quid gravius dicam, stylo & theatrico quasi habitu autorum parum convenit. Nomina & habitum illorum cognoscere licet sub initium diarii, quod eruditorum manibus teritur, l' Europe Scavante, dicti: & nisi me omnia fallunt, unus ex illis justas temeritatis poenas persentiscere coepit, cum turbis immisceretur, quæ florentem Galliam frustra sollicitarunt.

Nosti, Amice suavissime! ut inter confabulandum de rebus eruditis plus una vice mentio fuerit facta istius judicii, quod memorati autores tulerunt A. 1716. Sept. p. 1668-1674 de Tractatu meo Rostochii edito, in quo Parallelismos, cum hæreticis institutos, examini submiseram. Videram istud in Novis Literariis Lipsiensium vernacula lingua editis an. 1717 Iul: ut & in Bibliotheca Halensi, sed quasi per transennam, donec ipsa verba diarii laudati (Memoires de Trevoux) a communi nostro Fautore & Hamburgensium Professore celeberrimo Dno M. Richey communicata viderim. Sed non videbatur esse opus, ut aliquid responsi ferrent, qui quod rem ipsam attinet, nihil, vel exiguum quid, monuerunt. Interim cum nuper mihi aurem vellicares, statui mecum hancce ad Te epistolam mittere, ut quid de hoc iudicio sentiam, Tibi constet.

Legeram ego eodem anno & mense huius diarii recensionem scripti satis elegantis & eruditi,

diti, amici mei, cum Ienæ degerem, M. Joh. Christoph. Wendleri de Libris a Pontificiis aliisque hæreticis in præjudicium doctrinæ purioris nostra & superiori ætate corruptis & suppresſis. Sed multa in hoc ſcripto per errorem, multa aperte falſa autori exprobrant. Cum vero ille & ego, uterque æque remotus a Gallorum ſacris ſit, meumque ſcriptum pariter ad illorum palatum eſſe nequeat, credebam, lynceis iſtorum oculis viſos fuiſſe minimum nævos quosdam, quos vel accuratisſimo cuivis excidere facillimum erat, in rebus & nominibus tam variis, quæ ut proferrem, inſtituti ratio exigebat. Sed ne unicum quidem nominant. Solum dicant pag. 672: „Il eſt echappé en cet endroit à Mr. Scharbau d' „attribuer à S. Polycarpe l' Epitre de S. Clement „aux Corinthiens. Sed nunquam mihi in mentem venit, Clementis Epiſtolam citatam Polycarpo tribuere, non eſt hac de re quæſtio mota. Dixeram ego p. 31. de contentionibus & disſidiis in Eccleſia Corinthiaca, quæ Paulus ipſi exprobaverat. Hanc querelam Pauli fuiſſe juſtam, pronosque ad disſidia Corinthios, allato ex Clementis Epiſtola loco aſſerueram, citaveram paragraphos XLVI & XLVII, potuiſſem addere paginam, eſt enim editionis Ittigianæ p. 80 & editionis (ut reliquas taceam) Patricii Iunii Londinenſis p. 61 Solum ego Polycarpum nominaveram, de quo nulla unquam ad Corinthios epiſtola mihi viſa eſt. Ergone debebant ſcribere: Clementis epiſtolam Polycarpo fuiſſe a me tributam? Viderint autores, ut ſcripta ſpuria, quæ ſub

ſub Clementis nomine & ab ipſo collecta circumferuntur, & patrocinium apud Pontificios potisſimum inveniunt, vindicent, & quæ contra Clementina, contra libros Recognitionum, contra Conſtitutiones Apoſtolicas & contra Canones Apoſtolicos a Proteſtantibus ſolide dicta ſunt, elidant.

In capite primo Partis prioris mei Tractatus nihil habent, quod taxent, approbant definitiones Parallelisſmi & Hæreſeos. In capite autem ſecundo accuſant me de promiſſo, circa parallelismum recte inſtituendum, non ſervato. Ita p. „1670: Dans le ſecond chapitre il promet, d' „examiner la maniere, de faire la parallele, & „il fait toute autre choſe. Les hereſies, dit il, „ſont des enfans illegitimes, dont le Pere eſt le „Demon, & la mere l'ambition. &c. An jure an injuria? Tuo permittam judicio. Scopus totius capitis eſt, ut finem, cujus cauſa parallelisſmus inſtitui posſit, oſtendam, qui ſi & intendatur & obtineatur, parallelisſmum reddat juſtum, & ab injuriis longe remotum. Hinc, modo non fraudulenter egiſſent omnia, vel ex argumento capitis, p. 7. propoſito potuiſſent informari. Oſtenderam parallellismum juſte inſtitui, ut de autore principali hæreſeos conſtet §. I. ſ. ut eo melius patefiat caput & cardo controverſiæ. §. V. ut turpitudo & periculum erroris indicetur §. VI. ut alii caveant. §. VIII. ut errantes redarguantur. Omnia hæc, ut vides, ad ſcopum mihi propoſitum tendunt. Hinc cum illuſtrationis ergo Polycarpi effata, de Marcione primo-

primogenito Satanæ afferrem, non aberratum a via est, sed moderatissimi Patris exemplo commonstratum, a diabolo familiam ducere errorum patronos, iisque adeo diabolismos justo titulo obiici posse Idem uberius explicatum est ex Apoc. II. 12. s. & 1. Tim. IV. 1. quo in loco Paulus διδασκαλίας δαιμονίων nominat, aperto indicio, non esse injustum plane, hæreticos & hæresium patres ad latus satanæ ponere. Illud vero eo æquius ferendum, quod interpretationem loci citati, in quo Paulus invocationem sanctorum intendere mihi visus est, „une folle,„ nuncupent. Communis mihi est hæc sententia non cum iis modo, quos p. 14. produxi, sed sexcentis aliis autoribus. Quos cum in eandem mecum classem redactos video, solatium istud meum faciam:

Solamen misero est, socios habuisse malorum.

Non est huius loci vindicias huius explicationis suscipere. Sed certissime sum persuasus, non esse stultitiam, locum eo, quo feci, modo exponere; eos autem omnium stultissimos, qui cultum soli Deo debitum creaturis exhibere non dubitant. Ubi tamen cogitent, & Theologos istos, qui nostrarum partium sunt, esse ces „Herauts, qui annonçoient la paix, & deve„noient des Soldats armez de toutes pieces, & de „vaillans combattans, comme les soixante bra„ves qui faisoient la garde devant la chambre de „Salomon.

Sed ecce novum accusationis caput p. 1671:

Il

„Il se propose une question, à la quelle on ne „s'attendoit pas, & qv'il semble n'oser decider. „Scavoir, si appeller quelqu'un heretique, c'est „lui faire affront? Pour la solution, il n'avoit, „qu'à retourner à sa definition de l'heresie. Vides, ut quæstionem pungant, tanquam incommodo loco positam & infeliciter solutam. Utraque tamen accusatio iusto titulo destituitur. Nam cum asseruissem, recte objici errantibus, erroris cum antiquis communionem, suo loco hæc quæstio mota est, nec, ut spero, plane non aut infeliciter soluta. Commonstratum namque dedi, contumeliosum haud esse, scapham scapham, & pejores filios patrum pessimorum nuncupare, nec indignum officio Theologi hæreticum redarguere, utique duriora verba in errantes conjecta immerito convicia dici. Addidi, ipsum nostrum sospitatorem mitissimum Pharisæos dixisse serpentes, progeniem viperarum, fures, latrones, dealbata sepulcra, hypocritas, &c. Apostolos quoque idem egisse cum errantibus, erroremque pertinaciter propugnantibus. Nemo igitur, nisi controversiarum omnium plane ignarus, ad conspectum famosi nominis Arnoldini nesciet, quorsum ego digitum intenderim. Ægre scilicet ferebat Arnoldus objectas errantibus hæreses, convicia nuncupabat, cum æquitate naturali & multo magis Christiana pugnantia, qui ipse interim in hæretifices (ceu vocare solebat) magna facundia & multo verborum apparatu invehere didicerat. Sed hi censores sunt isti peregrini, qui nesciunt, quid

extra

extra lares ſuos agatur in his diebus. Gratuletur ſibi interim caput tertium, quod virgulam hanc cenſoriam tam feliciter effugerit.

Aſt Pars ſecunda Tractatus mei criticos iſtos non adeo benignos ſenſit. Impoſſibile erat, foliis iſtis & ſcripto, quod pede ſuo meriti fas erat, omnes iſtas controverſias & parallelismos enatos prolixius enarrare. Sufficere poterat in compendio exhibere, quæ tot ſecula, tot gentes, tot Eccleſiæ certamina viderant, adeoque non erat opus iſtud vituperare, ſed æque ferre uno intuitu exhibitas controverſias, autoresque, ſi res iſtius pretii eſſe videbatur, quos produxeram, uberius evolvere. Sed vide, quam acute & ingenioſe hæc tangant p. 1672: Selon l' auteur la „ſeconde partie de ſon traité eſt hiſtorique: mais „il n' arrette ſur rien, ſe contentant de citer les „autres auteurs, qui ont examiné les matieres, „qu' il ne fait qu' effleurer. At denique irarum pleni de ſecundo capite hæc effantur p. 1673: „Le ſecond chapitre eſt un amas confus, de mil„le choſes diverſes, touchant Tatien, S. Denys „d' Alexandrie, S. Athanaſe &c. Flumen tandem vibrant in caput tertium, dicunt: „Le „chapitre 3e eſt un tas d' injures contre l' Egliſe „Romaine & dont une partie tomb à plomb ſur les Jeſuites. Et quaſi neſcius, ubi eram, fuiſ„ſem, addunt p 1674: On ne ſcait à quoi tend le „chap 4. &c. Vide, mi Seeleni! an cauſas juſtas habuerint objiciendi mihi confuſum & injuriarum plenum ſcribendi genus, qui temporum &

rerum

rerum ordinem justum servavi, & in Parallelismis, qui Romanæ Ecclesiæ objiciuntur, historicum magis, quam judicem egi. In capite secundo non nuda vides nomina, sed etiam, quæ de consensu aut dissensu quorundam Patrum & præcipue hæreticorum, qui propullulabant, cum antiquioribus disputata sunt. Conspectus capitis solus & ordo temporum observatus contrarium edisserent. Disquisitum est de Valentinianismo Tatiani, de Arianismo Novatiani, de objecto Dionysio Alexandrino Arianismo, de Patribus, qui in suspicionem Sabellianismi venerunt, de Luciano an Samosateno parallela docuerit &c.? ut non sola nomina in hoc capite occurrant, sed controversiæ ex historia Ecclesiastica primariæ & ad rem apprime facientes. De eo, quod injurias sibi cap. III factas mihi exprobrent, sciant, partim, me egisse historicum, cumque, quæ Ecclesiæ nostræ opposita fuerant, non dissimulaverim, non habuisse causam, cur silentio involverem, quæ Ecclesiæ Pontificiæ objiciuntur; partim jure talionis niti ea, quæ ab Evangelicis hac in causa aguntur. Nam cum illi (ut p. 89 ostendi) veluti fratres Josephi tunicam nostram quasi squalore & sanguine antiquissimarum hæresium contaminatam producant, merito dixi: se non habere, quo pudenda Romani idoli, omnium ludibrio expositi, tegant. Resorbeant igitur putida calumniarum fluenta, laceramque suam vestem deplorent. Sciant denique, comprobatum esse a me deditum (quod tamen, ut supra

dixi, non attenderunt) parallelismos ejusmodi, si justo modo instituantur, nihil in se habere contumeliosi. Sed non adeo mei sum oblitus meique instituti, quod fingunt, ut potius quasi ad lares reuersus sim, & parallelismos in controversiis domesticis diversarum religionum personantes enarraverim: ordine, ut mihi quidem videtur, maxime conveniente, quo tot secula & controversias & ecclesias pervagatus, tandem ad me redirem & pedem figerem.

Enim vero, id mihi in auctoribus, qui adeo sibi videntur sapere, omnem æquitatis, moderationis & prudentiæ metam transilire videtur, quod non Præfationem solum viri post fata superstitis & Theologi quondam consummatissimi D. I. Fechtii in sinistram partem interpretati sint, quem tamen in nostris Academiis morem quilibet sanus & æquus judex facile feret; sed cum umbra quoque & non-ente pugnam susceperint, cum indice scilicet, quem vel omittere vel addere mihi æque licitum erat, ac permissum illis est diario suo indicem & tabulam adjicere. Sed mirare acumen Gallicum: „on „ne doit pas lui refuser celle - d'avoir une gran„de lecture, & le catalogue des Auteurs, qu' il „cite, grossiroit notablement le volume „: Mihi, si verum dicam, non adeo durum fuit censuram hanc experiri, quam mirum, & chartam ipsam & titulum & tituli colores intactos fuisse relictos, quum susceperint adeo αἴρα δέρειν & Aristarchos agere in ens aliquod rationis, & judicium ferre de foetu, qui lucem non aspexit,

xit, in indicem velut, denique, prohibitorum aut proscriptorum librorum mittere, indicem, de quo neque vola, nec vestigium nec indicium uspiam apparet.

Hæc sunt, quæ de iudicio isto autorum diarii Trevoltiensis iudico. Ut illi levi brachio rem sunt aggressi, ita succincta hæc responsio causam & scriptum meum sufficienter tuebitur. Apparebit, inique actum esse ab his censoribus, qui cum rem & caput rei nulla ratione attigerint, de modo & ratione tractandi, adeo, suo quidem judicio, ingeniose, revera scabiose judicarint. Tu, vir celeberrime, perge & ditare & ornare rempublicam literariam docendo & scribendo, & disce mecum generoso contemtu ferre, si qui aut foris aut domi labores literarios alto supercilio aspiciunt. Vale & ama ut soles

T. T.

A. M DCC XX. M. H. Scharbau

d. XIX Februar. V. D. M.

Dissertatio Philologico-Theologica de Caipha eiusque Vaticinio ex Io. XI, 49. 50. 51. Lubec. 1715. 4.

Obseruatio Philologica de Plantis, ab voce πνοῆς comprehensis, & respirantibus. Ad illustrationem loci Act. XVII. 25. Inserta est Miscellan. Lipsf. T. V. pag. 167. sqq.

Parerga Philologico-Theologica. Lubec. 1719. 8. In his egregie illustrantur *Luxus Ebræorum & Poena Luxuriantium* Ies. III. 24.: *Lacedaemonum & Iudaeorum Fraternitas* II. Maccab. XII.: *Πλήρωμα Ioanneum* Io. I. 16: *Historia Samaritana*

Io. IV. 20-22, In Praefatione continuationem promiſit.

Ad prelum parauit & plane abſoluit inſignem Tractatum Theologico-Moralem, cuius inſcriptio: *Der gewaltige Ernſt im Chriſtenthum, welchen diejenigen auszuüben trachten, die GOttes Rechte in ihrem Leben halten wollen, vorgeſtellet und mit nöthigen Anmerckungen erläutert.* Fundamenti loco ponitur Io. XI. 12, quod dictum fuſe explicatur, pertractanturque alia argumenta tam vtilia, quam ſelecta.

CHRISTIANVS SCHLÖPKE.

Vitam auſpicatus eſt Ratzeburgi an. 1663. d. 15. Auguſt. Patrem habuit *Henricum Schlöpke*, ciuem & piſtorem: Matrem *Mariam Matthiaſſen.* Studiis litterarum ob ingenium, quod in eo animaduerſum, peregregium conſecratus, didicit in vtraque ſchola patria, beneficiique, quo ſummi Principis liberalitate octo Muſicae operam nauantes diſcipuli fruuntur, particeps factus eſt. Progreſſuum, quos Ratzeburgi habuit, maximam partem tribuit *Andreae Bartholdo*, Cantori, cuius ſine gratisſimi animi ſignificatione nunquam fecit mentionem. Anno 1681, duodeuiginti annos natus, iis adſcriptus eſt, qui illo tempore in Athenaeo noſtro didicerunt, & *Hinckelmannum*, *Lipenium* ac *Brüggium* diligenter auſcultauit. Fecit autem, praeter alias cauſas, ſecutus diuturnus Rectoris morbus, vt Lubecam cum Luneburgo commutaret, promisſis

vitae

vitae ac ſtudiorum largis ſubſidiis commotus. Ibi vero non minori diligentia, ducibus *Lauterbachio*, Rectore, & *Ioanne Schultzio* ac *Matthia Metzendorfio*, Conrectoribus, diſciplinas ad humanitatem ſpectantes continuauit, publica etiam edidit induſtriae ſpecimina. Anno 1684. viſitavit almam Leucoream, cuius celeberrimi doctores *Calouius*, *Quenſtedius*, *Deutſchmannus*, *Mayerus*, *Waltherus*, *Daſſouius*, *Schurzfleiſchius*, ne quid de *Eckſteinio*, *Paſchio* & aliis dicam, ſtudiis ipſius ſacris, philologicis, hiſtoricis, philoſophicis optata dederunt incrementa. In primis amauit ſtudia philologico-hiſtorica, quae quam feliciter excoluerit, demonſtrauit auditoribus; quum an. 1686. d. 13. Febr. egregie defenderet, praeſide Schurzfleiſchio, Diſputationem, quae inſcribitur Ἰωάννης ἐρημάζων. Finito curriculo Academico, Luneburgum reuocatus eſt, vt diſcipulum olim ſuum porro formaret. Inde cum appareret, quod ad iuuenes inſtitueudos vtiliter poſſet adhiberi, die 19. April 1691. communibus Reuerendi Capituli ſuffragiis electus eſt Rector Scholae Bardouicenſis. Hanc non parum illuſtrauit, effecitque ſua diligentia, vt ex ea haud pauci iuuenes litteris humanioribus eximie perpoliti prodierint. Quare multis dolorem excitauit ipſius dolor maximus, ortus ex grauiſſimo morbo, quo ſub finem anni 1694 fuit affectus, &, nulla Luneburgenſium, Hamburgenſium ac Lubecenſium Medicorum opera releuatus, omni fere vitae ſpe priuatus, adeo, vt

an. 1697 mortis indicia raro fallentia videns, hoc sibi ſcripſerit epitaphium:

„*Puluere prognatus, labefactus puluere ludi,*
„ *Dum fio puluis puluere contineor.*
„*Aſt qui puluis eram, redeunte citanteque IEſu,*
„ *Viuus & ἄφθαρτος puluere progrediar.*
„ CHRISTIANUS SCHLöPKIUS
„Scholae Bardouicenſis per VI. annos Rector
„ Chriſtianorum ſpem
„ Beatam carnis reſurrectionem
„ Hic exſpectans
„ Ab anno ſalutis M DC XC VII
„ Et ætatis XXXIV.

Praeter omnem tamen ſpem vitae ipſius, aduerſa valetudine vſi, benignisſimum Numen integros viginti annos addidit, quos magna religione & integritate munera ſcholaſticum pariter ac ſacrum gerendo, & horas ſubſeciuas vtilisſimo ſtudio hiſtorico dicando conſumſit. Ordinem ſanctiorem ingreſſus eſt an. 1705, de qua mutatione dignisſimus ipſius ſucceſſor, Ioannes Oſtermeyerus, ita ad me ſcripſit: *Als im Jahr 1705 die Superintendentur des Hertzogthums Lauenburg nach Ratzeburg verleget, und S. Hoch-Ehrw. der Herr Superintendens Johannes Ehlers von Lauenburg nach Ratzeburg translociret worden, iſt Hr. Schlöpke demſelben im Paſtorat zu Lauenburg zum Succeſſore ernannt, worauff er (nachdem er zu Zelle den* 18 *Febr. eine Gaſt-Predigt gehalten, auch daſelbſt an* ſel-

selbigem Tage coram Consistorio examiniret, und abermahl zu Ratzeburg d. 22 Jun. coram Consistorio ein Examen außgehalten) den 26 Jul. Dom. VII post Trin. von H. *Sup. Ehlers zu Ratzeburg ordiniret, und den folgenden Dom. VIII post Trin. d. 2 Aug. von selbigem zu Lauenburg introduciret. Diesem ihm auffgetragenem Ambte hat er nun mit allem Fleiß und Eifer in die zwölff Jahre vorgestanden, und seinen Zuhörern nicht nur mit der Lehre, sondern auch mit dem Leben vorgeleuchtet. Wie man denn aus seiner gantzen Aufführung wol abnehmen können, daß es mit seinem Christenthum ihm ein rechter Ernst gewesen.* Formula qua Constitutionibus Ecclesiasticis subscripsit, exhibetur in libello, recenti quidem, rarissimo tamen, qui vocatur Nachricht von den Kirchen, Superintend. Pastorib. im Fürstenthum Lauenburg. 1715. 8: *Ego Christianus Sclöpke, Raceb. per XIV annos & quatuor menses Scholae Cathedralis Bardouicensis Rector, iam ab Illustriss. Principibus & Ducibus Brunsu. & Luneb. Pastor Ecclesiae Ciuitatis Leob. vocatus, ordinatusque, Constitutionibus hisce Eccles. sincera mente & manu subscribo. Raceb. d. XXVII Iulii. A. MDCCV.* Desiit an. 1717. d. 9 Iun. ipsius vita, non autem fama: ista enim hodieque praeclara est, siquidem extat eius

Chronicon, oder Beschreibung der Stadt und des Stiffts Bardewick, vor und nach der Zerstörung: darinn zugleich unterschiedliches von dem alten Zustande des alten Sachsen-Landes, so wol im Heydenthum, als nach eingeführter Christlichen Religion, enthalten. Wobey auch der umliegenden Stiffter, Clöster

und Pfarr-Kirchen, und derer Geistlichen hin und wieder Meldung geschicht. Aus untrüglichen Archiven, alten und neuen bewehrten Scribenten, nebst andern glaubwürdigen Uhrkunden, und eigener Erfahrung zusammen getragen. Lubeck. In Verlegung des Autoris. 1704. 4. Chronicon hoc est tam eximium, tamque praeclaris documentis instructum, vt non male iudicauerit Cl. Reimmannus in Hist. Liter. Germanor. P. III. cap. 3 his verbis vsus: *Christian Schlöpken hat anno 1704 eine Beschreibung der Stadt und des Stiffts Bardewick herausgegeben, welche mit solchem Fleiß, Treue und Geschicklichkeit auffgesetzet, daß sie denen Schrifften des Henr. Meibomii und Casp. Sagittarii in diesem Stück verdienet vorgezogen zu werden.* Inseruit etiam huic Chronico p. 411 -- 425 Elogia Episcoporum Verdensium, Verdae in Templo Cathedrali legenda, quae tamen non omnino accurate sunt exhibita. Sic in elogio Waltheri p. 414 Schlöpkenius: *gessit vrbe decorem*, templum Verd: *gessit sede decorem*; in elogio Wigberti l. c. Schlöpkenius: *multa sacerdos*, templum Verd: *multa secundus*. Elogium Eberhardi exhibet Schlöpkenius p. 425 hoc modo:

Hic Luneburgensi factus de Abbate Lubecae
Praesul, Verdaicae tractans simul vrbis habenas,
Pastorum fautor, promouit dogma Lutheri,
Fun-

Fundauitque scholam, tenet hunc Luneburga sepultum.

Zu Lüneburg ein Abt er war/
Ward auch Bischoff zu Lübeck zwar/
GOtts Wort und Dienst er liebt und ehrt/
Die Schul er stifft / zu Lünburg sterbt.

In templo autem Verdensi longe aliter:

Hic Luneburgensi factus de Abbate Lubecae
Praesul, & hic sacras tractat prudenter habenas,
Larga cui Domini faueat benedictio, nactis
Vtiliter multos vt praesit honoribus annos.

Zu Lünenburg ein Abt / darnah
Bischoff zu Lübeck / ferner schah/
Daß er zu Verden wird erwehlt/
Die Zeit seins Lebens sich wol hält.

Plura non adduco. Fefellit sine dubio Schlöpkenium ille, qui, antiquae scribendi rationis non satis gnarus, hos versus descripsit. Elogium Eberhardi a Schlöpkenio allatum longe aliud esse videtur, quam illud, quod est in Templo Verdensi. Nihilominus tamen ab eo Elogiis, quae sunt in Aede Cathedrali Verdensi, accensetur.

Historiam Leoburgensem, in primis *Ecclesiasticam*, magno studio consignauit, non autem plane absoluit. Operis supplendi & aliquando euulgandi spem facit ipsius filius, *Ioannes Henricus Schlöpke*, SS. Theol. studiosus.

Historiam Ansueri, prope Ratzeburgum lapidati, cuius meminit Helmoldus L. I. c. 22, MStam quoque reliquit.

IOACHIMVS IOANNES SCHNOBEL.

Sandesnebiensis Holsatus, studiis, quae ad humanitatem spectant, in nostro Athenaeo bene imbutus, & per Academicos doctores porro tum aliis, tum praesertim sacris, litteris instructus, fructus diligentiae in nostra ciuitate expertus est. Non enim licentiam solum sacros sermones publice habendi impetrauit, quum an. 1714. d. 30 Nov. excellentissimi *Goetzii* nostri *Dissertationem Theologicam Actus Fidei Magorum ex Matth. II. 1-12 proponentem* in consueto Colloquio Theologico defendisset; sed etiam an. 1716 d. 20 Aug. electus est Symmysta Petrinus, paullo post, vindicata d. 27 Aug. in consessu Rev. Presbyterii eiusdem Goetzii *Ecloga Theologica de Concionibus Sacerdorum, calamo exceptis*, in sacrum ordinem per ordinationem ecclesiasticam cooptatus.

IVSTVS CHRISTOPHORVS SCHOMERVS.

Magnum hunc & cum paucis comparandum Theologum Lubeca nostra filiis suis accenset. Anno enim 1648, festo Paschatis die, in hac Imperiali ciuitate est prognatus. Patrum habuit *Nicolaum Schomerum*, V. I. D. & Senatorem Lubecen-

becenſem laudatisſimum, an. 1690. aet. 77 defunctum, cuius Memoria a B. Suantenio litteris eſt conſignata. Addi iis, quae in illa commemorat, meretur, quod, licet fuerit Politicus, rei tamen ſacrae adeo etiam ſtudioſus, vt publico ſcripto, ſub nomine *Victor Hüter* edito, contra Romanenſes pugnare nullus dubitarit. Extat ipſius libellus hac inſcriptione euulgatus: *Oeffentliche Darſtellung, der von ſo vielen betrüglich geſuchten wahren Catholiſchen Kirchen, ohne welche niemand ſeelig werden kan. Mit angefügten Kennzeichen aller Particular reinen und unreinen Gemeinen, von Victor Hüter entworffen.* 1688. 12. Matrem exoſculatus eſt *Suſannam,* filiam *Chriſtophori Schlaſii,* ICti apud Hamburgenſes & Holſatos longe celeberrimi. *Ingenium,* ait B. Fechtius in eius Vita ap. Pipping. in Sacr. Decad. Septenar. p. 484. *capiendis artibus & ſcientiis apprime accommodatum in Schola primum patria HENRICVS BANGERTVS, notarum ad Helmoldi Chronicon celebris ſcriptor, & HERMANNVS NOTTELMANNVS excoluerunt.* Anno 1665. d. 16. Martii octauum obtinuit locum inter duodecim eximiae ſpei iuuenes, qui, Bangerto dirigente, *de Litterarum Studiis* Orationes habuerunt, atque *Ignauiae mala, Laboriſque, qui in litteris diſcendis ſuſcipitur, praeclaros fructus* pro concione expoſuit. Eodem vero anno funus optimi praeceptoris Bangerti deplorauit hac *Threnodia,* digna, quae hic conſeruetur:

Eheu! quae tantam coeli inclementia cladem
Immittit! quod grande malum! quae triſtia fata,

Diſci-

Discipulosque Scholamque premunt, & pectora turbant!
Siccine te subiti lethaeo funere casus
Abripier, Venerande Senex, & relinquere vitam,
Naturae anticipando diem, & stata tempora metae?
Horresco, & gemitus magis & magis erumpentes
Ducenti attonito de corde en undique salsa
Infecisse oculos lacrimarum flumina certant.
Te posthac multos (si spes facit esse beatum)
Te fore doctorem multos sperauimus annos,
Vt quae terna docet sacrarum triga sororum
Auspiciis, Bangerte, tuis in flore iuuentae
Nobilis imbiberet non laeua propago Lubecae.
Eheu! quam falsi fuimus, quam flumine mortis
Praecipiti extinctum tumulo mandamus acerbo!
Infaustus fuit ille dies, infausta diei
Horula, qua laxa sors compage aspera tantum
Sessorem voluit malefido extrudere curru.
Infaustus fuit ille dies, qui sidere toruo
Castalidumque gregem, & nostrae sacra templa Camoenae
Aspiciens, fidi confregit crura Magistri.
Heu querulos adhibete modos, & fundite planctu
Traviades tremulo lugubria carmina Musae.
Heu luge veneranda Patrum, & Consulta Corona,
Si qua piis etiam pietas est ciuibus, ossa
Imbuite extincti lacrimis. En occidit ampla
Laus & honos patrii, decus & sublime Lycei.
Non equidem numeri digne merita omnia nostri,
Non laudes celebrare tuas, Vir maxime, possunt.
Nec tamen immemori te condet pectore sera
Posteritas nostrae per longa silentia linguae.

Te

Te dum, nauigio liquidus qui Trava superbit,
Inclyta Hyperboreis se euoluit in aequora Balthes:
Te dum Pieria haec sedes vitare ruinam,
Dum Charites poterunt, sacra dum mysteria, & artes,
Ereptum indigna plorabit morte Lubeca.
Nec saeuum tanti casus mens nostra dolorem
Prodere cessabit, dum spiritus hos reget artus.
Supremo interea pietatis munere functi,
Moesta voce, cubent vt molliter ossa, precamur,
Donec decrepiti cum lux tandem vltima mundi
Venerit, ad superas tumulo rediuiua relicto
Euadant auras, animae & coniuncta perenni
Angelicosque choros inter, mentesque beatas
Laetitia coeli, & rutilanti luce fruantur.

Discessit ex Athenaeo nostro discipulus pius, doctus & erga praeceptores gratus an. 1667 Kilonium, vbi *Wasmuthi, Franckii, Reyheri* perindustrius fuit auditor. Haesit deinceps aliquandiu Wismariae, vt litteras Rabbinicas a *Stephano Masio*, qui earum peritissimus erat, addisceret. Anno 1669 auctus est beneuolentia *Dauidis Gloxinii* & *Henrici Schabbelii* stipendio Schabbeliano, cui propter Schomerum etiam multa debet ciuitas litterata. Lauto hoc litterarum subsidio instructus contendit Giessam, vbi praeter Philosophos, *Frider. Nitschium*, quo duce in Matheseos ac Philosophiae arcana penetrauit, & alios, praestantissimis Theologis *Haberkornio, Mislero, Siricio*, atque *Hannekenio* diligentem audiendi operam nauauit. Incredibili multa sciendi ardore incensus

censſus an. 1672 omnem Galliam Italiamq; peragrauit ita, vt ex hac litteraria peregrinatione, prudentisſime inſtituta, magnum theſaurum Gieſſam reportaret. Locupletauit diuitias hactenus collectas ſcientia iuris, cuius ideo illum cepit cupido quoniam ipſius quendam eſſe in Theologia Morali felicisſime excolenda vſum intellexit. *Auſim aſſerere*, ſcribit B. Fechtius p. 486, *plures creari iuris Doctores, qui vel in legum notitia, vel fori actionibus paria cum ipſo facere nunquam potuerint. Quare & ſubditis Conſiſtorii iurisdictioni hominibus, vbi opus erat, ius dicere & obortas inter ipſos lites cauſasque dirimere, in publico etiam auditorio Profeſſoris iuſtitiae perſonam frequenter induere, & quas pro inaugurali Diſputatione propoſuerant, theſes tanta eruditione conuellere ſciebat, quanta illi, qui per totam vitam in illo ſtudio fuerunt exercitati.* Neque tamen tractauit ſtudium iuridicum cum ſtudii ſacri detrimento, ſed tam ſtrenue in illud incubuit, vt, teſte Fechtio l. c. p. 487 ei *iuueni, vix viginti & ſex annos habenti, rarae eruditionis admiratione Gieſſa, antequam diſcederet, poteſtatem obtulerit, ad ſummum in Theologia decus adſcendendi.* Reuertebatur autem an. 1674 per Helmeſtadium, Wittebergam, Lipſiam, Ienam & Erfurtum in patriam, ibidemque ſanctiori dicendi arte ſe exercebat. Sed captus itinerum dulcedine, anno ſubſequenti Belgium pariter atque Angliam inuiſit. Incredibilem inde percepit fructum, magnaque vtilitate colloquia inſtituit cum multis viris doctisſimis, praecipue vero cum

hoſpite

hospite suo *Eduardo Bernardo*, viro ex multis eruditis conatibus famam nacto, & Bibliothecas tam priuatas *Abendanae* ac aliorum, quam publicas Bodleianam, Cantabrigiensem perlustrauit. Diuitiarum docta hac peregrinatione collectarum partem aliquam cum lectoribus in erudito *de Collegiatismo* libro communicauit. Perfecto itinere, ad Rosarum se contulit Academiam, quae cum in eo deprehenderet summorum honorum Theologicorum candidatum, qui paucos pares, superiorem haberet neminem, dignitatem Doctoris sacri lubens ei concessit, posteaquam in defensione *Disputationis Inauguralis de Obiecto Adorationis Religiosae* d. 23 Aug. an. 1677, dirigente hunc solemnem actum *Augusto Varenio*, virum se praestiterat. Felix igitur euasit Rostochiensis Academia, cum ei an. 1680 a Serenissimo Duce CHRISTIANO LVDOVICO deferretur sanctiorem doctrinam profitendi munus, cui Ecclesiarum in districtu Mecklenburgico cura atque gubernatio, sessio item in sanctiore Senatu, adiuncta. Felicior facta, quod eum an. 1685 Professoris primarii dignitate viderit auctum. Felicissima fuit, quod hunc Professorem, Superintendentem & Consiliarium retinuerit, isque, licet vocaretur in Academiam Dorpatensem, oblato Cancellarii honore, itemque Wittebergensem, vt magni nominis Theologo, Ioanni Andreae Quenstedio, succederet, tamen, FRIDERICI WILHELMI, Principis, beneuolentia, & amore erga praecipuam in terra sua Musarum sedem retentus, Ro-

stochii vsque ad vitae finem permanserit. Quantus enim fuerit Theologus, loquitur fama, loquitur etiam Fechtius, a quo laudato viro dum laudatus Schomerus, maximam profecto oportet esse ipsius laudem. *Quae singula*, ait p. 491 sq, *mirari solemus in aliis, ea iunctim in eum confluxerant. Nam & Philosophiae, veteris atque recentioris, omniumque, quae ei ex variarum sectarum genere adhaerent, perplexitatum, & controuersiarum Theologicarum, si ad vltimas etiam minutias & subtilitates progrediamur, & linguarum, cum orientalium, Hebraeae, Chaldaicae, Syrae, Rabbinicae, tum exoticarum, Anglicae, Gallicae, Italicae, Hispanicae (Danicam etiam adiunxit) quas omnes ego, quod bona fide refero, eundem legentem & interpretantem his oculis meis conspexi, ne quid de Graeca Latinave dicam, & Antiquitatis totius, sacrae & profanae, eius cumprimis, quae in Synodicorum canonum curatori notitia consistit, quos quasi singulos in numerato habebat, & Historiae recentioris, cum litterariae, tum religiosae erat ad admirationem vsque peritus. Nec quidquam litterarum, quod vel ad sacrosanctae Theologiae nostrae decus, vel ad eiusdem perfectionem & maiestatem faceret, non dicam, intactum reliquit & inexpertum, sed curiosa felicitate intime penitissimeque imbibit. Mathematicas etiam disciplinas, ipsa sublimitate sua plerisque aliis impervias, ita hausit, vt & difficillimis quaestionibus cum earum artium magistris prompte subtiliterque & solide contenderet. Quibus componendis exarandisque manum adposuit, vulgaribus doctorum meditationibus superiora sunt, ad eruditae antiquitatis gloriam adspirant, nec verborum lenociniis*

nociniis & inani fuco, sed inaffectata simplicitate & naturali pulcritudine decurrunt. Quae legenti, incertum est, felicitatem ingenii, an iudicii pondus & grauitatem prius admireris. Taceo alia, quibus inusitatas & plane diuinas Schomeri dotes praedicat Fechtius, qui ita scripsit, vt ei videantur defuisse verba, quibus Schomeriana dona ac merita satis queant commendari. Quare etiam vehementissime dolet praematuram mortem summi huius Theologi, florentissima aetate d. 9 April. an. 1693 ad coelestem Academiam transgressi, & in fine Programmatis, quo ad exequias ei ducendas inuitat, cum Metello Macedonico dicit: ITE, FILII, CELEBRATE EXEQVIAS; NVNQVAM MAIORIS CIVIS FVNVS VIDEBITIS. Hic excellentissimus vir praeclarissimis etiam ingenii monumentis nomen suum sempiternae gloriae commendauit. Extant enim

Scripta ab ipso edita

Assertio Endoxa Fidei Christianae de Spiritu Sancto, contra nouam & antehac inauditam haeresin, sub schemate Problematis Paradoxi nuper in lucem protrusam. Francof. & Lips. 1679. 8. Edidit Christophorus, Christophori filius, Sandius *Problema Paradoxum de Spiritu Sancto* Colon. s. Roterod. 1678, in quo libello, cum impiis Io. Bidelli, Angli, Spiritum sanctum esse praecipuum Angelum, probare conati, sed rectissime castigati a B. Io. Fr. Mayero, chartis comparando, affirmare ausus est, quando in sa-

cro codice mentio fiat Spiritus S., tum non intelligi vnam personam, sed congeriem, seu turmam plurium, istamque turmam spirituum, quae Spiritus S. nomine in Scriptura S. occurrit, non aliam esse, nisi ipsum genus sanctorum Angelorum. Vidit pessimam doctrinam *Christoph. Wittichius*, quare ei opposuit duplicem libellum, *Causam Spiritus S.* atque *Causam Spiritus S. Victricem*. Sed maiori felicitate & maiori apparatu hunc diuinae veritatis & diuini Spiritus hostem aggressus est Schomerus noster in eximio hoc libro, *in quo*, optime iudicante Fechtio p. 489, *vastum ingenium & admirandam posteris industriam, & tot linguarum scientiam, & exactum sacrarum litterarum scrutinium, & solidum de antiquitate iudicium vbique conspiciendum praebuit.* Quare etiam scribit B. Zach. Grapius, censor peritissimus, in Theolog. recens Controuers. pag. 161, vbi controuersiae huius historiam exponit: *In Germania admodum solidissime Paradoxon hoc refutauit B. Dn. D. Iustus Christophorus Schomerus, immortalis memoriae Theologus, in Assert. Endoxa* &c. Conf. pag. 167.

Specimen Theologiae Moralis, qua vera & naturalia omnis Iuris atque honestatis principia breuiter eruuntur, quinque Disputationibus in Vniuersitate Rostochiensi propositum. Rostoch. 1690. 8. Hoc specimine, in quo profunda eruditio certat cum acuto iudicio, magnam sibi laudem comparauit. *Specimen certe Schomerianum,* inquit B. Fechtius in saepius citata Memoria Schome-

Schomeriana p. 486. sq, *a summi nominis viro, Samuele Pufendorfio, tanti factum esse accepimus, vt in illo scriptionis argumento ceteris, quae edita passim a viris etiam doctissimis fuerunt, praeripere palmam omnium incorrupte arbitrantium iudicio statui merito debeat. Credimusque, si & cetera ex diuino viri ingenio illi operi accessissent, tum demum numeris suis perfectum Moralis Theologiae corpus, quo nos destitui liberrime fateri debemus, nos habituros fuisse.* Sic & Seckendorfius in Epistol. ad Spenerum (ap eundem Fechtium in Praef. Instruction. Pastoral §. 2. p. 3.) de hoc Specimine iudicavit, *se huius generis simile a nostris Theologis nihil adhuc vidisse, quod exterorum celeberrimorum quorumcunque ἀγχίνοιαν & soliditatem aequaret, aliorum vero nostrae gentis, qui plerumque ingenii neruos scribentes minus intendunt, labores plurimum superaret.* Conf. Act. Erud. Lipſ. 1690. m. Iun. Adde B. Io. Fr. Mayeri Biblioth. Script. Theol. Moral p. 25, vbi *dolemus*, ait, *opus prorsus incomparabile ex morte praematura Theologi, qui huic sufficiebat labori, eruditione & iudicii acie plurimos suae aetatis anteuertentis, imperfectum esse relictum.* Idem Mayerus p. 26. sq. ex ore B. Io. Phil. Palthenii narrat, Schomerum, suasu Pufendorfii, mutasse mentem, neque eo, quo coeperat, modo Theologiam suam Moralem continuare voluisse, daturum Theologiam Moralem ex sacro codice vnice depromtam, & meris Principiis Theologicis, relictis omnibus Philosophicis, innixam. Sed contradicitur ei in historia huius Speciminis,

Praefationis loco addita nouae eiusdem editioni, quae an. 1707 prodiit hoc titulo: *Theologia Moralis sibi constans, istis, quae deerant, ex Collegio Schomeri MSto adiectis.* De hac Theologia Morali Schomeriana, praeter alia, istud notandum, quod officia etiam respectu Angelorum, Beatorum, diaboli, brutorum facienda declararit. Ad mentem Schomeri composuit B. *Grapius*, Theologus praestantissimus, *Compendium Theologiae Positiuae Vniversae, ex obligatione nostra erga Deum deductae, in quo partim de existentia summi alicuius Numinis, cui obligamur, partim de Causis, ob quas obligamur, quae integram Theologiam, Didacticam alias dictam, exhibent, partim de ipsis obligationis actibus, qui Theologiam Moralem offerunt, agitur.* Leg. omnino Nou. Lit. Mar. Balth. 1702. pag. 347 sqq. Post Grapium V. C. *Ioachimus Otto*, Gymnas. Gustrov. Rector, *Doctrinam Moralem B. Dn. Iusti Christophori Schomeri, Theologi quondam Rostochii primarii & incomparabilis, in compendio, cum Praefatione magni Theologi & communis Ecclesiae nostrae praeceptoris, Dn. D. Ioh. Fechtii, simulque cum Doctrina de Naturali Iustitia Dei Vindice & absoluta Necessitate, qua oportet Saluatorem nostrum verum aeternumque Deum esse & Hominem, iterum propositam* euulgauit Rostoch. 1710.

1710. 8. Conf. Nou. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 161. 1705. p. 8, ubi contenta Dissertationum ad praescriptionem Schomeri ab eodem Ottone propositarum.

De Collegiatismo orthodoxo & heterodoxo. Luneb. 1692. 4. Prodierunt antea seorsum *Diss. Theol. de Collegiis priuatae Pietatis.* Rostoch. 1685: *Diss. Theol. de Collegiali dicendi Libertate in Synaxibus Christianis* a. e: *Diss. Theol. de Syncretismo Collegiali.* 1686: *Diss. Theol. de Vtilitate Collegiorum* a. e. Ex his compositus egregius liber, a Fechtio in Memor. Schomer. p. 487 his laudibus ornatus: *Comparent opes istae* (in itineribus collectaee) *maxime in libro, quem de Collegiatismo, tam orthodoxo, quam heterodoxo, inscripsit, in quo, quid de priuatis exercendae promouendaeque pietatis Collegiis, omnis aetatis, omnisque religionis sectarii, ii inprimis, qui in Batauia, tanquam cancer in venusto corpore, magno numero insident, tradiderint, eo ordine disseruit, vt & diffusa atque admirabilis de fatalibus istarum nationum certaminibus cognitio & acre sollersque iudicium, de Collegiis illis latum, in pretio sit apud omnes, qui citra affectum de instituto, ad illorum imitationem, ex aliquo tempore nostris etiam Ecclesiis se insinuante, arbitrari contendunt.* Commendauit etiam hunc librum Cl. Lilienthalius in Consultat. de Histor. Litterar. certae cuiusd.

gentis scribend. p. 184. Neque sine laude eius meminit elegantis doctrinae vir Iac. Hier. Lochnerus, Conr. Bremens. meritissimus, in Nott. ad Obseruatt. Anglicar. Delect. I. p. 15.

Gewissens-Freudigkeit im Tode, aus 2. Cor. I. 12, in funere D. Augusti Varenii. Rost. 1684. 4.

Disputatt. & Programm.

De Poenitentia. Giess. 1671. Praes. P. L. Hannekenio. Laudatur haec Dissertatio ob eruditas, quas continet obseruationes Anti-Pontificias a Goetzio in Biblioth. Anti-Pontific. Claror. Lubecenss. p. 14.

De Sentiendi & Credendi Libertinismo. Inaug. G. F. Seligmanni.

Theses Anti-Socinianae.

De Separatismo. Inaug. Iac. Hier. Lochneri. 1686.

Scrutionem Theologicum Arcanorum Iehouae, quae Deut. XXIX. 29. reuelauit Moses. Inaug. Iac. Winnemeri.

Omnia & in omnibus Christus.

De Semipraedestinatione Latitudinaria. 1682.

De Animarum separatarum statu & conditione post mortem.

De Differentia Vnionis Personalis & Mysticae. 1684.

De Passione Iesu Christi. 1686.

De forma Fidei Iustificantis.

De Sacramentis Veteris Testamenti.

De

De Functionis Ecclesiasticae & Politicae combinatione, 1691.

De seruanda Orthodoxia in Articulo de Peccato.

Posthuma.

Exegesis in Epistolas S. Pauli ad Romanos & vtramq; ad Corinthios. Edidit, Vitamque Auctoris & Praefationem adiecit Io. Fecht, D. Rostoch. 1699. 4. Laudatur Fechtius ob editas Exegeses Schomerianas a summe reu. Goetzio nostro in Epistola, inserta Nouis Literar. Mar. Balth. 1704. pag. 8. Honorifica de his Exgesibus iudicia collegit V. C. Carol. Arndius in Biblioth. Mayeri Biblic. Continuat. pag. 131.

Exegesis in omnes Epistolas S. Pauli minores, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, vtramque ad Timotheum, ad Titum & ad Philemonem. Edidit & Praefationem de S. Litterarum studio, in Academiis exculto, duasque de eodem argumento Orationes adiecit Io. Fecht, D. Rostoch. 1700. 4. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1700. pag. 130 sqq.

Exegesis in Epistolas S. Pauli ad Hebraeos, Iacobi & partem prioris Petri. Edidit & Praefationem de Academicorum doctorum circa interpretandas sacras litteras, & instillandam inde tum sacrorum notitiam, tum

tum animi pietatem, officio, Programma item de Particulari Defunctorum pro viuis intercessione adiecit Io. Fecht, D. Rostoch. 1701. 4.

Collegium Nouissimarum Controuersiarum in universam Theologiam, quod postquam A. 1682. in lectionibus priuatis ab auditoribus exceptum fuit, beneuole consentiente maxime Rev. FCte Theol. nunc XIII Disputationibus publicis ex optimis Msc., vt plurimorum id auide desiderantium desiderio satisfieret, praemissa Iohannis Fechtii, SS. Theol. D. ac P. P., Consil. Consist. ac Distr. Rostoch. Superintend., Praefatione Isagogica, nec non Dissertatione sua prooemiali publice ventilata de Sententiis in Scripturam Sacram iniuriis & in tractanda illa minus tutis, vna cum indice capitum ac paragr. totius operis conspectum exhibente, edidit M. Henr. Ascanius Engelke, SS. Theol. Cand. Rostoch. 1703. 4. Recensetur & laudatur in Relatt. Innox. 1704. pag. 180 sqq.

Collegium Anti-Socinianum, quod consentiente Rev. FCte Theol., vt multorum desiderio satisfaceret, publicis Disputationibus XIII ventilauit, praemissaque Dissertatione sua de damnabili Socinianismi Gangraena, h. e. *Sectae*

Sectae Socin. Natura, Autoribus, Antecessoribus atque Progressu, nec non subiunctis Thesibus B. Autoris Anti-Socinianis, iam Anno 1682 h. l. impressis, ac indice capitum & quaestionum collatis optimis MSc. publicae luci exposuit Henricus Ascaninus Engelcke, SS. Theol. D. huiusque P. P. Rostoch. 1706. 4. Placet Relatt. Innox. Autoribus, qui illud an. 1716. p. 109. sq. recensent. Copiosius contenta exhibentur in Nou. Lit. Mar. Balthic. 1706. pag. 161-167.

Collegium Anti-Calvinianum, quod toties descriptum atque expetitum, consentiente Reu. FCte Theologica, in publicarum Disputationum materiam proposuit, praemissaque breui Dissertatione sua de Grauissimis quibusdam Reformatorum Controuersiis domesticis, ac subiuncta B. Proaui sui (22) *Meditatione Eucharistica, anno* 1615 *primum impressa, nunc de novo recusa, addito capitum atque quaestionum indice,*

 ex

(22) Est is M. *Christianus Engelcke*, Ecclesiae Doberanensis Pastor, a quo Rostoch. 1615 edita *Meditatio Eucharistica in Coenae Dominicae mysterio apprime utilis & necessaria: Vtrum Fides Christiani, corpus & sanguinem Christi in Coena vere praesentia credentis, tutior: Num vero, quae coelos transuolare, Christique corpus comprehendere conatur, sit firmior. Atque num fides, si velit, subuolare queat. Fidei & conscientiae tranquillitati inseruire iussa.*

ex MSCto edidit Henricus Ascanius Engelcke, Phil. atque SS. Theol. D. huiusque P. P. Rostoch. 1708. 4.

De controuersia inter Schomerum nostrum & Franciscum Wolfium, *de Formali Peccati originis mere priuatiuo, an positiuo,* nonnulla docentur in Epistola Io. Bened. Carpzouii Lips. 1687. d. 7. Sept. scripta, ex qua excerpta dedit Cl. Fellerus in Monument. Inedit. Trimestr. III. pag. 85.

LVCAS SCHRÖDERVS.

Lucem vidit Gustrouii an. 1649 d. 2 Augusti, Patrem coluit M. *Zachariam Schröderum*, Rostochiensem, Ecclesiae apud Gustrou. Parochial. per 36 annos Pastorem & Reuer. ibid. Ministerii Seniorem: matrem vero *Elisabetham ab Hervorden*, ex inclyta familia *Bacmeisteria* originem trahentem. „Studiorum initium, inquit B. Io. Frid. Mayerus in Progr. de Clandestino Matrimonio, Vitam nostri simul complectente, pag. „6 sq, in Gymnasio patrio fecit, ducibus Recto„ribus B. *Andrea Metzmachero*, post Gustrouii in „Templo Cathedr. Ecclesiaste, dein, post Gy„mnasii restaurationem, L. *Andr. Godofredo Am„mone*, & Conrectore M. *Daniele Parschitio*, Hun„garo, quibus se plurimum, quod ad funda„menta litterarum attinet, debere gratus pro„fitetur. Anno 1667 relicta patria, cui & Ora„tione *de Conuersione Gentis Vandalicae* metrica va„le

„le dixit, concesſit Lubecam, ibidem informa„tione Rectoris clarisſimi *Hermanni Nottelmanni*, „menſa vero & conſuetudine *Iacobi Göttenii*, Pa„ſtoris Ioannei, Polyhiſtoris & Antiquarii egre„gii, non ſine inſigni ſtudiorum fructu, vſus, Lubeca abiit Wittenbergam, vbi triennium fere doctores publicos audiendo exegit, disputauit etiam, praeſide *Stolbergio*, ex Marc. VII *de Corban Iudaeorum*. Inuiſit deinceps Academiam Ienenſem, & tandem Roſtochienſem, in qua an. 1672 liberalium artium Magiſter renunciatus eſt, inque ſcholis priuatis Philoſophiam & Philologiam docuit. Patria mox dedit laborum praemium. Sub finem enim anni 1675 vocatus eſt Guſtrouium, ad capeſſendum munus Eccleſiaſticum, quod mors Parentis fecerat vacuum. Suscepit etiam ineunte anno 1676. & per annos 25 multa fide induſtriaque adminiſtrauit. Immori etiam huic muneri conſtituerat, niſi praeter omnem ſpem Straleſundenſes eum an. 1700 ſuum eſſe voluiſſent, eique ſplendida munia Superintendentis & Paſtoris Nicolaitani detuliſſent. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1701. p. 296 ſq. 1704. p. 36. In primis vero Frid. Thomae Analect. Guſtrouienſ. P. II. pag. 50 ſqq. Gryphiswaldenſes ei an. 1702 ad conſequendos ſummos honores Theologicos viam aperuerunt, cum *Inauguralem Diſſertationem Hiſtorico-Theologicam de Epiſcopisſis Veteris Eccleſiae* ſub praeſidio *Io. Frid. Mayeri* defendiſſet. Religioſe geſti muneris laude relicta, haud ita pridem per beatam mor-

mortem ad immortalitatem transiuit. Extant eius

Dissertationes duae Pneumaticae de Aeternitate DEi, Rostoch. 1672. 4.

Schluß des geführten H. Amts in der Fürstl. Residence Güstrow, aus dem Schluß des Evangelii St. Johannis.

Conciones Funebres variae.

CHRISTIANVS SCRIVERIVS.

Hunc Germaniae Chrysostomum, Theologum tam pium quam facundum, & ob edita scripta ascetica perinsignia valde celebrem, ciuitas Holsatiae Rensburgensis claris suis ciuibus accenset. Natus enim est an. 1629 d. 2 Ian. Rensburgi, non Flensburgi, vti scribitur in Lexico Historico Buddeano, itemque in Lexico Eruditorum p. 2064, quorum Lexicorum auctores sine dubio sequitur Henricus Ittershagen, Scholae Tennst. Collega, qui in Indic. Auctor. adiecto editioni Germanicae Ecclesiastae Ioan. Wilkinsii, euulgati sub titulo Candidati Ministerii Literati Lipf. 1618. 8. pag. K 4 Scriverium quoque Flensburgensem appellat. Patre natus est CHRISTIANO SCRIVERIO, ciue & mercatore primario: matre ABIGAELE, filia MICH. GVDII, Senatoris Rensburgensis prudentissimi. Singularia eius fuerunt fata, quae in vtero iam materno est expertus, sed simul prouidentiae Numinis, quod praevidebat vtilitatem perinsignem, a Scriuerio sacrae

crae

crae reipublicae aliquando praestandam, clarissima documenta. *Conclusus*, inquit Seth. Calvisius in Memor. Scriver. ap. Pipping. in Sacr. Decad. Septenar. pag. 467, *adhuc in matris vtero & post aliquot hebdomadarum spatium in lucem demum edendus maximo statim vitae periculo fuit expositus, quod sola prouidentia ac tutela summi Numinis clementissime auerruncauit. Binis eius fratribus nascendi prioritatem sors, regimine coelesti haud destituta, elargita fuerat, quorum cum prior octauum, posterior vero tertium annum ageret, accidit, vt vterq; in horto aedibus paternis attiguo lusitaret, natu vero minor, vt sunt improuidi infantes, in lacum ibi reperiundum praeceps rueret. Non poterat sibi temperare maior natu puer, quin magno cum eiulatu ad matrem in anteriori aedium parte commorantem pergeret, & fratris summum discrimen ei nunciaret. Accurrit haec trepidans & pallens, cumque via per horreum duceret, inque hoc rheda ibi collocata spatium ambulandi paulo redderet angustius, mater eam prae anxietate haud obseruans, vterum grauidum ei adeo allisit, vt retro in terram prolapsa animi pateretur deliquium. At recollectis subito viribus ad lacum festinabunda prouolitauit, filiolumque viuum quidem adhuc, sed iam demergi incipientem, & morti adeo vicinissimum conspiciens, in aquam desilire haud formidauit, & quanquam pedibus fundum attingere haud valeret, puerulum tamen manu prehendit, ceterum cum terrore partim, partim & grauissimo, quem diximus, lapsu exanimata fere ac viribus tantum non omnibus priuata esset, vlteriorem nec sibi, nec isti opem ferre ipsi erat*

inte-

integrum, ac procul dubio vna cum eodem misere in vndis periisset, nisi ad nutum omnino diuinum auia paterna tunc opportune adfuisset & periclitantes in terram continentem protraxisset. Editus in lucem noster, sacro statim studio fuit consecratus. Incidit mox in nouum periculum, cum ab vberibus matris, lue pestifera infectae, penderet. Sed conseruatus est, neque venenum exsuxit. Eadem vsus est fortuna, quum anno aetatis quinto tertia vice grauissimo periculo exponeretur. *In fluvium namque*, ait Caluisius l. c. p. 468, *qui Rensburgum pertransit, satis profundum delapsus, vndis ob molendinum proxime adiacens rapidioribus momenti fere vnius spatio longius protractus rotis appropinquauit molinariis, quibus adiuuantibus pereundum ipsi omnino fuisset, nisi femina, quae aquatum iuerat, eius curam habuisset, ac semiexanimem parentibus eundem reddidisset.* An. 1638 venit Lubecam discendi caussa, rediit autem in patriam, ibidemque aliquandiu substitit. *Sed anno 1645*, pergit Caluisius p. 469 sq, *denuo Lubecam petiit, & sub Rectoris M. SEBASTIANI MEIERI, ac Conrectoris, M. HENRICI BANGERTI, fidelissima manuductione studia humaniora magis indies magisque perfecit, nactus insuper hospitium in aedibus viduae a Nobilissimo istius loci Patritio relictae, cuius tres filios instituit, ex quo labore, praeter quotidianum conuictum, salarium quoque annuum reportauit.* Lubecam relinquens, aptus ad studia Academica, Rostochium concessit, atque tam Philosophiae (cuius etiam Magister euasit), quam Theologiae tempus

suum

suum laudabiliter transmisit. Praeclarissima & diuina plane, quibus Numen eum ornauerat, dona demirati sunt Stendalienses, quorum fuit Diaconus: Magdeburgenses, qui eum coluerunt Pastorem Iacobaeum, ac tandem Consiliarium ecclesiasticum, Ministerii Seniorem, Consistorii Assessorem atque Inspectorem: & denique Quedlinburgenses, qui eum Reuerendissimae Celsissimaeque Principis & Abbatissae Dioeceseos Quedlinburgensis Confessionarium & Consiliarium Ecclesiasticum, itemque Gymnasii Iuspectorem viderunt ac venerati sunt. Obiit an. 1693. d. 5 April.

In scriptis eius, quae inter facile eminet auro pretiosior *Thesaurus Animae*, praeter alias, duae in primis virtutes praedicandae. Prima est summa pietas. Hanc collaudauit B. Conr. Sam Schurzfleischius in Epistol. Arcan. T. II p. 352 hoc iudicio: *Ascetica Scriuerii scripta veterum pietatem sanctimoniamque aemulantur.* Altera est stili elegantia, laudata merito ab Auctore Praefationis Morhofiani libri de Lingua Germanica, editioni Lubec. 1700. 8. praefixae, his verbis: *Der aus seinen geistreichen Schrifften gnugsam bekannte Christ. Scriver, dessen wir uns billig rühmen können, hat das Lob erlanget, daß in Reinlichkeit der Teutschen Sprache es ihm keiner, auch von denen Meistern selbst, die ihn hierinnen admiriren, zuvor gethan habe.*

De eius *Methodo Concionandi* a Io. I. Wolfio evulgata vid. Altes und Neues. 1701. pag. 371 sqq.

Reli-

Reliqua ad Scriuerium (qui ſe appellauit etiam *Gottholdum*) eiusque ſcripta aſcetica, ſpectantia optime cognoſcuntur ex Memoria eius apud laudatum Pippingium p. 466-482. Conferatur etiam Cl. Vhſenius in Vitt. Scriptor. ſaecul. XVI. pag. 929 ſqq.

MICHAEL SIRICIVS.

Praeclari nominis hic Theologus Lubecae an. 1628. m. Decemb. mundum hunc ingreſſus eſt. Patrem accepit MICHAELEM SIRICIVM, Paſtorem Marianam meritisſimum, qui in noſtro etiam Athenaeo haud dubie eruditus eſt, quamvis illud adhuc relatum haud legerim. Meretur interim renouari eius memoria, quae viget in templo noſtro Mariano, teſte honorifica hac inſcriptione:

Nomini & memoriae viri admodum reuerendi, amplisſimi & clarisſimi Dn. M. MICHAELIS SIRICII, anno 1589 nati, 1648 pie denati, per ſeptem fere luſtra fidelis verbi diuini praeconis, & templi huius Mariani Paſtoris meritisſimi, ſacrum eſſe voluerunt haeredes.

Hos decus Euſebiae Vultus, haec ora gerebat,
SIRICIVS, ſacri gloria rara chori,
Quem pietas docuit, ſtupuitque Lubeca docentem,
Admirata pii verba diſerta viri.

Huius

Huius quiquid erat mortale, hic pictor obumbrat,
Nam dotes animi pingere non potuit.

Conf. de huius Siricii, patris, *Homiliis Anti-Pontificiis* celeberr. Goetzii Miracul. Catechism. Luther. p. 87 & Bibliothec. Anti-Pontific. Presbyter. Lubec. p. 30. Noster Siricius, filius, quin publicam nostram litterariam officinam habuerit primarum litterarum matrem, non est dubium, quamuis illud in Memoria Siriciana apud summe reuerend. Pippingium in Sacr. Decad. Septenar. p. 86 haud satis clare indicetur. Luculentius affirmatur in Thomae Analect. Gustrouiens. P. II. p. 18 his verbis: *Litteris human. in Schola patria probe imbutus an. aetatis* 19 *ad Academiam Helmestadiensem se contulit.* Comp. Vhsenius l. c. p. 941. Vixit deinceps Lipsiae, hospitem & doctorem nactus Ioannem Hülsemannum: Wittebergae ac tandem Giessae, quae primis illum honoribus ornauit. Anno enim 1657, cum pro licentia summos in Theologia honores capessendi summa cum laude disputasset, munus extra ordinem docendi sacram scientiam impetrauit. Subsequenti statim anno ordinaria Historiae Ecclesiasticae professio ei fuit demandata, & cum praeconis sacri officio coniuncta. Ad maiora felici pede progrediebatur, auctus an. 1659 d. 17. Febr. Doctoris axiomate, & paulo post sparta ordinarii Theologiae Professoris. Merita & voce & scriptis acquirebat tanta, vt multi mirifica eius sibi conciliandi flagrarent cupiditate, *qui-*

bus vocantibus tamen, sunt verba Thomae p. 19, *morem gerere nec potuit, nec voluit, donec anno* 1670 *Sereniss. Meclenburg. Duci GVSTAVO ADOLPHO salua conscientia non posset haud obtemperare. Venit igitur in Aulam Gustrouiensem D. Siricius, & capessiuit dignitatem Concionatoris Aulici Consiliariique Ecclesiastici anno* 1670. *Qui licet anno* 1675 *ad Professionem Theologiae & Ephoriam districtus Rostochiensis hinc abiret, idem Princeps tamen tanto Theologo carere in aula sua nequaquam potuit, quem an.* 1681 *reuocauit, nec in posterum abs suo latere vnquam dimisit, quotidiana fere ipsius consuetudine vsus, quoad vixit.* Vixit autem vsque ad an. 1685. d. 24. August., quo die e vita migrauit, relicta gloria perinsignium meritorum. De his testantur etiam peregregia scripta.

Disputatio de Sacra Scriptura. Witteb. 1650. 4. Praes. Io. Scharffio.

Acta Colloquii Giessensis inter Petrum Haberkornium & Iesuitam Rosenthalium, praesente illustrissimo & Celsissimo Principe ERNESTO, Hassiae Landgrauio, d. 7 Febr. 1653 habiti, bona fide cum Annotationibus edita. Giess. 1657. 4.

Causa Dei & Scripturae Sacrae contra haereticas impugnationes Iohannis Scheffleri, duabus Disputationibus vindicata. ibid. 1660. 4.

Dissertationes Theologicae septem contra varios Heterodoxos e Luc. I. 15. institutae. ibid. 1661. 8.

Simonis Magi, Haereticorum omnium patris, prauitates antiquae & recentiores. ibid. 1664. 1666. 4.

De

De Religione Moscouitarum. ibid. 1664. 4.

Discursus Academicus Theoretico-Practicus de Lachrymis IEsu Christi, Saluatoris mundi. Giess. 1666. 4. Nouae editioni ibid. 1679 accessit Appendix, continens responsionem ad quaestionem: *An & quatenus poenitenti, nec non absolutionem & admissionem ad sacram Coenam desideranti lacrymae & ieiunia sint necessaria.*

Disputationes Theologicae de Successione Ecclesiastica, oppositae Pontificiis & inprimis Fratribus Walenburgicis. ibid. 1666. 4.

Ἄσκημα Historico-Theologicum de Ebione & Ebionitis, antiquis & recentioribus. ibid. 1668. 4.

Decas Disputationum Theologicarum in Collegio publico Academiae Giessenae publice habitarum, & heterodoxis antiquis & recentioribus oppositarum. ibid. 1669. 4. Sunt hae Disputationes (1) de S. Scriptura p. 1: (2) de Notitia Dei Naturali & Reuelata p. 17: (3 & 4) de Theologia Vnita p. 33: (5 & 6) de Theologia Distincta p. 73: (7) de Deo Patre p. 125: (8 & 9) de IEsu Christo p. 141. (10) de Communicatione Idiomatum, statu exinanitionis & exaltationis Christi, & de Persona Spiritus S. p. 213.

Vxor vna, ex Iure Naturae & Diuino, moribus antiquis & Constitutionibus Imperatorum,

torum ac Regum eruta, & contra insultus impugnationum defensa. ibid. 1669. 1679. 4.

Collegium Theologicum, explicans potissimos Articulos Theologiae. ib. 1669. 4.

Beata animae humanae post mortem hominis immortalitas. ib. 1669. 4.

Idolum Papale ex ipsa Papatus praxi & antiquis monumentis per aliquot capita solide demonstratum. ibid. 1670. 4.

Der Alte Prophetische und Apostolische Glaube, aus den Nicaenischen und Constantinopolitanischen Symbolis in der Fürstlichen Schloß-Capel zu Güstrow in zwantzig Predigten erkläret und vorgetragen. Gustr. 1673. 4.

Episcopus Δευτερόγαμος, *An & quatenus hic in ordine Sacro vel Clericatus admittatur.* ibid. 1678. 4.

Praeco Poenitentiae. Rostoch. 1681. 8.

Victrix Veritas in Censuris Theologico-Medicis de noua Spirituum Medicina, quam ante annos aliquot edidit Sebastianus Wirdig, *Medicinae D. & Professor, auctoritate Principali ad piam legentium cautelam exhibita & excusa, vna cum Praeloquio Michaelis Siricii.* Gustrov. 1684. 8. Legatur de hac controuersia B. Io. Henr. Feustkingius

gius in Palinod. Sacr. p. 13 sq. B. Zach. Grapius in Rostoch. Evangelic. pag. 517 sqq.

Ostensio Fundamentalis Abominationum Papatus circa religiosum Creaturarum Cultum, tribus distincta libris. Praefationem & Supplementum adiecit D. Val. Alberti. Gustr. & Lipſ. 1687. 4. Continet Liber primus 1. Praefationem D. Val. Alberti. 2. Iudicium Facultatis Theologicae Lipsiensis. 3. Censuram Facult. Theol. Wittenbergenſ. 4. Ipsum Discursum Extemporaneum D. Siricii de nonnullis Abominationibus Papatus Idololatricis. 5. Litteras Baron. d'Erlenkamp de hoc conflictu. Liber secundus habet Antilogiam & Apologiam primam. In Libro tertio est Antilogia & Apologia Secunda, vna cum Supplemento D. Alberti; in quo etiam p. 513 Dicteria e litteris Baronis d'Erlenkamp excerpta modeste declinantur. Recensionem huius operis vide in Act. Erud. Lipſ. 1687. m. Febr.

Exercitationes Academicae de Controuersia: An intuitus fidei finalis ordine praecedat, an vero sequatur electionem aeternam?

Fasciculus Dissertationum contra Heerwartum: de Ortu & Progressu Idololatriae de Absurdo Dubitationis &c.

Conf. de Siricio eiusque scriptis Pippingius l. c. p. 86-94. Witte in Diar. Biograph. ad an. 1685. 24 Aug. Goetzius in Biblioth. Anti-Pontific. Claror. Lubecenſſ. p. 14. Frid. Thomas l. c. p. 18 sqq. Vhsenius l. c. p. 941 sq.

IOANNES HERMANNVS SIRICIVS.

Lubecensis, vale dixit Athenaeo nostro, habita, auspiciis B. *Suantenii*, an. 1707 d. 28 April. solemni Oratione, qua *Augustissimum Resurgentis Christi Triumphum* celebrauit. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. p. 222. Labores deinceps aggressus est Academicos, & Wittenbergae in primis sanctiorem scientiam imbibere laborauit. Meminit eius non sine laude celeberrimi nominis Theologus Wittenbergensis, *Martinus Chladenius*, tum in Programmate, *sententiam Benedicti Picteti de Pietismo* proponente, quod in memoriam Collegii Disputatorii, cui noster interfuit, an. 1712 scripsit: tum in Epistola *Dissertationi Philologico Theologicae de Cognomine* ΒΟΑΝΕΡΓΕΣ *Filiis Zebedaei binis imposito, ad Marc. III.* 17, adiecta, quae Dissertatio an. 1712 edita Siricium nostrum habet auctorem. Reuersus in patriam, an. 1713 d. 21 Novembr. *G. H. Goetzii*, Praesulis nostri meritissimi, *Exercitationem Theologicam de Annuntiatione Iudicii extremi, a Christo exercendi, ex Act. X.* 42 in Colloquio ordinario defendit. Hanc an. 1715. m. Mai. secuta est eiusdem *Goetzii Dissertatio Historico Theologica de Mensis Pontificiorum Venenatis*, quam noster praesente Reu. Ministerio tuitus est. Eodem anno atque mense Trauemundanus Symmysta, & sub finem anni superioris Pastor est declaratus.

DAVID CHRISTIANVS STARCKIVS.

Patrem accepit *Dauidem Starckium*, & Matrem, hodieque ſuperſtitem, *Chriſtinam Starckiam*; quibus optimis parentibus an. 1677. d. 6. Nov. in Imperiali noſtra ciuitate Lubecenſi eſt prognatus. Ex maioribus ſuis grata ipſi in primis fuit memoria *M. Caſparis Starckii*, Lipſienſis, Superintendentis Ilenburgenſis, Theologi laudatiſſimi, quem Caluiniani an. 1591. d. 7. Aug. in carcerem coniecerunt & d. 24. Aug. expulerunt vrbe, in quam tamen, interiectis aliquot menſibus, ab auditoribus ſuis, qui non ſine effuſis multis lacrymis eum dimiſerunt, eſt reductus. Quamobrem ſumme reu Goetzins noſter in Concion. Funebr. in Bacmeiſter. p. 12. merito eum vocat *einen redlichen und für GOttes Ehre eifernden Theologum*, cum quo elogio aliud in Io. Frid. Frentzelii Diſputat. de Ileburgo §. 33 occurrens eſt coniungendum, quemadmodum de vita, ſcriptis & laudibus huius Theologi Ierem. Simon in Chronic. Ileburg. paſſim legi meretur. Tanti viri recordatio potuit noſtrum ad praeclara quaeuis ſtudia, ſacra praeſertim, incitare. Fundamenta iecit, vt de priuata inſtitutione cum publica coniuncta nihil dicam, in Cathariniana noſtra litterarum officina, *Chriſt. Chryſium*, *Marc. Widam*, *Iac. Pagendarmium*, *Mich. Freudium*, *Sixt. Chriſt. Lipenium*, *Mart. Lipenium*, *Io. Henr. Heſſium* & *Enoch. Suantenium* fideles Praeceptores conſecutus.

 cutus.

cutus. His fundamentis feliciter potuit auspiciis *Georg. Paschii, Io Burch. Maii, Christoph. Franckii* atque *Henrici Opitii* studia Academica superstruere, an 1695. m. April. Kilonium ingressus. Eadem ipsi obtigit fortuna, cum an. 1698 Wittenbergam se conferret, quae Academia ciuibus suis eum annumerauit vsquae ad annum 1700, quo anno in patriam reuersus est. Institutis deinceps ab ipso iuuenibus nobili loco natis, an. 1705 perillustris atque excellentissimus Dominus Magnus de Wedderkop filiiis suis, eum praefecit quorum natu maiorem, Dn. Godofredum de Wedderkop, hodie splendido Consiliarii Provincialis Danici munere fungentem, an. 1707 Kilonium deduxit. Quo facto eum sibi perillustris Wedderkoppii conciliauit fauorem, vt illum an. 1708 d. 17. Febr. Pastorem Siebenbäumensem vocaret, quod munus breui admodum tempore administrauit, siquidem eod. an. 1708 d. 16. Iul. e vita egressus est.

CASPAR HENRICVS STARCKIVS.

Frater germanus *Dauidis Christiani Starckii*, modo laudati, quem an. 1681. d. 15. Maii orbem hunc ingredientem Lubeca nostra excepit. Praedicat merito curam parentum, qui vt eo melius formaretur, non priuatis solum, sed & publicis doctoribus eum commiserunt. Omnium Athenaei nostri ordinum, duobus infimis exceptis, fuit membrum, & per eosdem, quos fratris ipsius

ipſius praeceptores honoris cauſa nominaui, profecit publicos doctores, quibus *Mart. Chr. Göldelius*, Conrector, eſt accenſendus. Reliquit Gymnaſium noſtrum modo honeſtisſimo, habita nimirum d. 14. Novemb. an. 1697. *de Vitio Luxuriae Oratione*, qua eidem dixit vale. Anno ſubſequenti vna cum fratre Wittenbergam profectus eſt, inq; hac purioris doctrinae ſacrae ſede ſcientiae diuiniori addiſcendae ſe totum praeclaro animi ardore conſecrauit, ſecutus (licet Parentes mallent, vt ſtudio iuridico nauaret operam) ſuam indolem, quae eum ſingulari quodam inſtinctu ad Theologiam tractandam inflammabat. Cum vero prudenter admodum perpenderet vſum plane eximium, quem Philoſophia, ancilla, Theologiae, dominae inſeruiendo praebet, ſtabilire per Philoſophicas diſciplinas doctrinarum fundamenta ſtudebat ante, quam ad maiora reſpiceret, vaſtoque ſacrarum litterarum oceano ſe committeret. Probabat ideo induſtriam & diſcendi ardorem *Georg. Frid. Schroeêro, Chriſtian Röhrenſeo, Aug. Wolſio, Val. Ern. Loeſchero* & *Henr. Klauſingio*, qui iſto tempore Philoſophica docebant. Transibat deinceps ad Theologorum ſcholas, & per ſummos viros *Caſp. Loeſcherum, Io. Georg. Neumannum* & *Gotl. Wernsdorfium* (qui ipſi etiam monſtrauit viam ad Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſtudium) litterarum diuiniorum cultu ſe non perfunctorie imbui patiebatur. Eo autem Wittebergae capiebatur amore, vt decreuerit ibidem diutius manere, ſummos honores Philoſophicos capeſſere, iis-

demq; *Scholastica Disputatione*, cuius iam elaborationem auspicatus erat, *de Creatura creante ab aeterno* se dignum praestare. Sed inopinatus morbus idemque valde grauis, laudabilem hunc conatum reddebat irritum, eumque an. 1700. m. Decembr., quo parentum voluntati satisfieret, in patriam redire cogebat. Liberatus hoc morbo, an. 1701 ineunte vere visitauit Lipsiam, vbi hospitem suum *Thom. Ittigium*, itemque *Io. Schmidium*, *Io. Olearium* & *Christian. Reineccium* Theologiam, eundem *Ittigium* & *Adam. Rechenbergium* Historiam Ecclesiasticam, *Alb. Christian. Roetbium* Exegetica, *Gottl. Frid. Seeligmannum*, *Henr. Pippingium*, *Io. Güntherum* & *Frid. Wernerum* Homiliam proponentes audiuit. Absoluto curriculo Academico, in patria, impetrata praeuio examine licentia, sacros sermones non sine applausu habuit, aliquod etiam tempus scriptis nonnullis, docte elaboratis, impendit. Anno 1708 mens. Aug. beate defuncto fratri in sacro munere successit, ab excellentissimo Wedderkoppio nec sciens, nec ambiens Pastor Siebenbäumensis electus, quam spartam hodieque ornat, neque relinquere voluit, licet an. 1716 muneris Diaconi Kiloniensis impetrandi spes maxima affulgeret. Scripta, quae cum erudito orbe communicauit, sunt

Ioannis Bothvidi, SS. Th. D. & Regis Sueciae Gustaui Adolphi Concionatoris, Theses de Quaestione: Vtrum Muschovitae sint Christiani? Lips. 1705. 4. Disputationem hanc, rariorem factam, recudi curauit, auxitque Praefatione, in qua de au-

ctore

ctore Thesium harum commendatione & elogiis, aliisque de eodem argumento scriptoribus breuiter agit. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 368. 1705. p. 383.

Noua Literaria Maris Balthici & Septentrionis ab an. 1705. mens. Septembr. vsque ad finem.

De Salute Virginis Mariae ad Theologum celeberrimum Dn. D. Georg. Henr. Goetzium, Praesulem Ecclesiarum Lubecensium καλῶς προεςῶτα Dissertatio Epistolica. Lubec. 1706. 4. Recensetur in Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 376. sqq.

De doctorum Vita Priuata, quam honoribus quidam & officiis publicis praetulerunt, Tractatus Historico-Moralis, Magnifico ciuitatis patriae Senatui sacer. Lubec. 1707. 4. Recensionem huius eruditi Tractatus vide in Nou. Lit. Mar. B. 1707 p. 284 sqq. Ausführlicher Bericht von neuen Büchern p. 317-322. Honorifice de eo iudicant Ven. Zeibichius de Theologis ad tempus commodatis pag, 18 sq. Cl. Colerus in Nachricht von Godf. Arnolds Leben p. 35.

De Claris Godofredis ad clarum ortu & virtute Dominum, Godofredum a Wedderkop, Parentis re & nomine Magni filium feliciter aemulum, in Academia iam Kiloniensi studiis operam nauiter dantem, qua VI ei Martii diem Godofredo sacrum gratulatur, Dissertatio Epistolica. Lubec. 1708. 4. pl. 9. Summa eius legitur in Nou. Lit. Mar. Balth. 1708. p. 85 sq. Conf. Celeb. Ludouici Histor. Scholar. P. III. p. 384.

De Marginali B. Lutheri in Prouerbior. XXXI, 10 Glossa:

sa: Nichts liebers ist auff Erden, denn Frauen-Lieb wems kan werden, in *nuptiis Dn. Ioan. Dan. Burghardi, Ecclesiastae ad D. Mariae in patria, cum Sara Rosina Schrôderia.* Lubec. 1708. 4. Egregie contra Pontificios Lutherum vindicauit. Quare merito honorificam eius mentionem facit & Schediasma hoc *eruditum* vocat summe reu. Goetzius noster in Commentat. de Praeceptorib. Lutheri pag. 9.

Kurtz-gefaßte Lebens-Beschreibung derer Lübeckischen Herren Superintendenten, sint der Reformation Hrn. Lutheri bis auff gegenwärtige Zeiten, davon der erste Theil vorstellet Hrn. M. HERMANNVM BONNVM. Alles aus theils gedruckten, theils ungedruckten Uhrkunden, Documenten und Actken, mit denen dahin gehörigen Beylagen ausgefertigt. Lubeck und Leipz. 1710. 8. pl. 10. Recensionem huius scripti Celeberr. Auctores Relatt. Innoxiar. 1710. p. 562 his verbis auspicantur: *Des Herren Auctoris Fleiß in der Historia Theologorum ist schon ehemahls gerühmet worden; das vorhabende Werck aber wird ihm noch mehr lustre beysetzen.* Prolixa autem recensio, quae est in Neuen Bücher-Saal der Gel. Welt Tom. I. pag. 605 sqq, his verbis p. 612 obsignatur: *Es ist übrigens diese Schrifft sehr fleissig verfertiget, und kommen hin und wieder gar feine Anmerckungen vor. Daher wir nicht zweifeln, es werde der Herr Auctor in der Fortsetzung solcher Lebens-Beschreibungen, welche er mit nechsten zu liefern verspro-*

ſprochen, noch viele Sachen beybringen, welche den geneigten Leſer vergnügen können. Ego vero eo minus de hoc dubito, quo magis licuit mihi perluſtrare apparatum, multas Epiſtolas rariores & alia praeſtantisſimorum Theologorum nunquam edita, luce autem dignisſima, documenta complectentem, quem non ſolum ad partem primam permultis accesſionibus augendam, ſed & ad integrum laborem perficiendum posſidet. Quare vehementer opto, vt neque a bibliopolis, neque ab aliis rebus oriantur impedimenta, quae prohibeant, quo minus coeptum opus continuetur & abſoluatur.

Kurtze, leichte und erbauliche Fragen für junge, einfältige Leute, die zur Beicht und Heil. Abendmahl gehen wollen, meiſtens aus der gemeinen Beichte und denen Worten der Einſetzung des Heil. Abendmahls gezogen, zum Dienſt der Gemeinde zu Siebenbäumen. Lübeck. 1711. 8.

Die Gott lob! vergeblich-beſtürmte Evangeliſch-Lutheriſche Kirche in dem Punct vom Heiligen Abendmahl, durch eine gebührliche Ablehnung deſſen, was Hr. Leonhard Chriſtoph Sturm, Fürſtl. Mecklenburgiſ. Cammer-Rath und Bau-Director nicht längſtens in ſeinem ſo genannten Mathematiſchen Beweiß feindſeelig dawieder erreget hat. Lübeck und Leipz. 1714. 8. Recenſionem

nem habes in Relatt. Innox. 1714. p. 475: honorifica iudicia in L. Godfr. Kohlreiffen Bericht von dem in der Evangelisch-Lutherischen Kirchen üblichen Altar Brodt p. 18 sq. & Io. Arnold. Pragemanni Ungöttlichen Wesen im Sturmischen Unwesen p. 20 sq.

Abgedrungene Ehren-Rettung wieder den unnützen Calvinischen Lästerer Leonhard Christoph Sturm. Lüb. und Leipz. 1715. 8.

Ad V. Cl. Vincentii Placcii Theatrum Anonymorum Επίμετρον, Obseruationum Hallensium Latinarum Auctores quosdam detectos exhibens, Dn. M. Georgio Caspari amicitiae iure dicatum. Lubec. 1716. 4. Eodem anno Rostoch. in 8. recusum est, & recensitum in Relatt. Innox. 1716. p. 705 sqq. Tertiam eandemque auctiorem & ab erroribus, qui irrepserunt (e. gr. Tomi I. Obseruatio I & V adscribuntur vni auctori, Nic. Hieron. Gundlingio, cui confusioni titulorum similitudo ansam dedit), purgatam molitur Cl. Auctor.

Aaronis in luctu domestico Silentium in exequiis Catharinae Margar. Goetziae, natalibus Luciae, coniugis D. Georg. Hehr. Goetzii, Superint. Lubecens. Lubec. 1717. fol.

Dissertatio, qua Annum Iubilaeum MDCCXVII Ecclesiae Euangelico-Lutheranae neutiquam esse fatalem, saecularia sacra rite facturus euincit & vanum vatem Rodolphum Martinum Mehlführerum reprimit ex merito atque castigat. Lubec. 1717. 4. Bene hic refutantur verba Meelführeri in der Freundl.

Freundl. Warnung an Hrn. Profess. Wernsdorff, auch Hrn. Adiunct. Struntzen p. 21: *Wenn man an. 1717 MartInVs LVtherVs theoLogIae DoCtor schreiben wird, so ist das Maas der Sünden und periodus Lutheranismi ausgelauffen.*

Obseruatio de Vitiis allegationis Auctorum, tum in genere aliorum, tum praecipue Historicorum. Inserta est Miscellan. Lipsiens. Tom. VII.

Daß des Fürstl. Mecklenb. Kammer-Raths und Bau-Directoris, Herrn Leonhard Christoph Sturmen Meynung von dem Heil. Abendmahl nicht, wie Er vorgiebet, neu, sondern schon eine alte, faule verdorbene Schwermerey sey, wird denen Gelehrten hiemit entdecket und zugleich das Verzeichniß angehänget aller bißhero in dieser Controvers herausgegebenen Schrifften, 1719. 8. Fanatici, quos Sturmium, habere antesignanos probat noster, sunt Caspar Schwenckfeld & Paulus Felgenhauer.

Vindiciae Coniugii Christianorum aduersus obtrectatores Iudaeos, in nuptiis D. G. H. Goetzii, Praesulis Lubecensis, & Sarae Christinae Hacksiae. Lubec. 1619. 4.

Haec sunt scripta a Starckio edita. Exspectare nos ipsius diligentia iubet plura, nimirum

Commentationem de Casparo Starckio, Ileburgensium circa annum 1580 sqq. Superintendente, ob conflictus cum Caluinianis & varios & satis arduos notissimo. Vid. nou. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 368.

Centuriam Clarorum Lubecensium. Vid. l. c.

Tabu-

Tabulas Genealogicas praecipuorum seculi XVI & XVII Theologorum, addita vbique illustrationis gratia vnius cuiusque vitae & scriptorum breui delineatione.

Theatri Anonymorum & Pseudonymorum Placciani Continuationem & Emendationem.

Παροράματα *Doctorum circa Auctorum abs se allegatorum Praenomen, Cognomen, Patriam, Parentes & Familiam, Religionem, Functiones, Scripta, Mortem &c. commissa, & plurimis quoad singula momenta exemplis demonstrata.*

Syllogen errorum in G. M. Koenigii Bibliotheca, H. Wittenii Diario Biographico & Mart. Lipenii Bibliotheca Real. Theol. &c. occurrentium.

Exercitationem de Lutheranismo ab ICtis promoto. Vid. Diss. de Claris Gothofredis. Conf. Nou. Lit. Mar. Balth. 1708 p. 86.

IOHANNES STEIN.

Primus fuit inter STEINIOS Lubecenses, qui sanctioris ordinis merito vocantur ornamenta. Vidit lucem in ciuitate nostra an. 1585. d. 23. Ian. patremque ciuem integerrimum *Hans Stein*, nauigationis in Hispaniam moderatorem, accepit. Interfuit Athenai nostri alumnis, vsque dum an. 1607 m. Mai. abiret Rostochium, quod eum vidit *Disputationem Theologicam de Adoratione Religiosa*, praeside *Christiano Sledano*, ex cathedra Academica defendentem. Commoratus quoque studiorum causa est Wittenbergae, Tubingae & Giessae, tandem an. 1613 Rostochium reuersus. Eodem anno vocatus est Templi patrii Iaco-

cobaei Symmysta, quod docet haec Epitaphii inscriptio:

Herr JOHANNES STEIN, ein
treuer Prediger dieser Gemeine, ist
gebohren Anno Christi 1585. zum
Prediger beruffen 1613. im Herren
entschlaffen A. 1637.

LVCAS STEIN.

IOANNIS filius, Lubecae an. 1616. d. 10. Sept. natus, de cuius vita & meritis testantur Amici, qui Monumentis Poëticis, in honorem eius statutis, praeter alia haec praescripserunt verba: Es ist „dieser nunmehr wohlseeliger Herr, gebohren „in Lübeck von Christlichen, Gottseeligen und „wohlbekandten Eltern, nemblich von Hrn. „JOHANNES STEIN, eines um die Kirche „GOttes sehr wol verdienten Mannes, und ge„wesenen treufleissigen Predigers in Lübeck an „St. Jacobs Kirchen, und von Fr. ELISABETH „STOLTERFOHTEN, Seel. Hrn. JACOBI „STOLTERFOHTEN, Pastoris zu St. Marien, „Tochter. Von welchen seinen lieben Eltern „er bald nach seiner sündlichen Geburt dem „Herrn Christo ist einverleibet, folgends in wah„rer Gottesfurcht auferzogen, und zur Schulen „fleissig gehalten worden. Da man bald in zarter „Jugend schon gemercket, was aus dem Kinde „werden wolte, Denn er sich fort in wunder„samer Stille mit Lernen so herfürgethan, und

„sich rühmlich durch alle Classes herdurch gear-
„beitet, dass seine Praeceptores, welch alle ihn
„hertzlich geliebet, wegen seiner sonderbahren
„Gottesfurcht und Fleiss ein Auge auf ihm ge-
„habt, und grosse Hoffnung sich von ihn ge-
„macht haben, darin es ihnen auch nicht gefeh-
„let. Als er aber füraus durch manduction Seel.
„Hrn. IO. KIRCHMANS, noch auf den heuti-
„gen Tag Weltberühmten Rectoris hiesigen
„Gymnasii, es so weit gebracht, dass er in hu-
„manoribus einen festen Grund geleget, und
„Logicae & Rhetoricae praecepta gefasset und
„verstanden, auch einen guten Anfang in der
„Theologia schon gemachet, ist er von seinem
„Seel. Hrn. Vater nach der Rostockischen Uni-
„versitaet gesand worden, von welcher er, wie
„sein Vater ihm abgestorben, wieder zu Hause
„gekommen, und mit einem von Adel vor Hoff-
„meister, nach Helmstädt, hernach aber nach
„Holland ist verschicket worden, woselbst er
„sich eine gute Zeit aufgehalten, biss er mit Her-
„tzog CHRISTIAN, welcher ihn frey mitge-
„genommen, nach Pariss in Franckreich, und
„von da nach Strassburg zugereiset, woselbst er
„über ein Jahr studiret, und Collegia gehalten.
„Von Strassburg ist er, auff Ansuchung etlicher
„Freunde, wieder nach Lübeck gekommen, da
„er sich dann eine Weile im Predigen geübet,
„darauff bey dem Fräulein von Retwisch als
„Hoff-Prediger, nachmahlen nach Möllen, wo-
„selbst ihn seine Zuhörer sehr geliebet, und mit
heiss-

„heiſſen Thrânen von ſich gelaſſen, zuletzt „aber von Möllen, woſelbſt er bis ins 4 Jahr ge„weſen, nach Lûbeck an St. Jacobs Kirchen iſt „vociret worden. Ita ſcripſerunt an. 1671 Amici, quorum verba de Collegiis Argentoratenſibus ſunt intelligenda de ſcholis Philoſophicis, praeſertim Mathematicis, quas Steinius noſter, data ex ſingulari fauore a doctoribus publicis facultate, commilitionibus ſuis aperuit. Supereſt in Templo noſtro Iacobaeo eius Epitaphium, in quo ſequentia, noſtro honorifica legi poſſunt:

Der Wohlehrwûrdige, Grosſachtbar und Hochgelahrte Herr LVCAS STEIN, Theologus, und hochverdienter Archidiaconus dieſer Gemeine.

So ſah der liebe Mann, der GOtt und Tugend liebte,
Der ſeinen klugen Geiſt in tauſend Künſten übte;
Sein frommes treues Hertz, ſein hochgelahrter Fleiß,
Schafft ihm hier Lieb und Lob, dort unverwelckten Preiß.

Natus Lubecae 1616. 10. Sept. Mölna Lubecam vocatus 1649. 16 Aug. denatus an. 1671. 11 April.

IOANNES PETRVS STEIN.

Filius LVCAE STEINII, honoris causa nominati, Molnensis, luce an. 1647. d. 8 Octobr. donatus. Hic, *vt a teneris statim annis*, inquit B. Suantenius in eius Memoria, *assuefieret pietatis, morum ac doctrinae cultui, eruditae committebatur institutioni virorum tunc de publico Ephebeo ac ludo litterario insigniter merentium, DNN. MEIERI, BANGERTI, BRVGGII, POLZII, FRANCKII, LINCKII, LINOVII, SCHEVII, LIPPII, vsque eo, vt per omnes honorifice classes assidue progressus, aliquoties palam declamaret, & primus primae classis auditor insigniter euaderet.* Addendus est ipsius praeceptoribus NOTTELMANNVS, cuius auspiciis an. 1666. d. 21 Iun. solemni oratione *de cohibenda Ira* Athenaeo nostro vale dixit, sicut antea, moderatore Bangerto, actibus oratoriis publicis *de Venditione Iosephi* an. 1664 d. 5 April: *de Alexandri M. Successore* d. 20 Octobr. & *de Litterarum studiis* an. 1665. d. 15. Mart. laudabiliter interfuit. Continuauit studia Kilonii, Ienae, Wittenbergae ac Regiomonti, perlustrando etiam Germaniae prouincias ac vrbes nobiliores amplificare contendit. Praemia indefessi laboris largita est patria, in qua an. 1678. d. 21 Febr. Symmysta, an. 1680 Archi Diaconus, & an. 1689 d. 7 Mart. Pastor Aegidianus fuit electus. Accessit tandem Senioris dignitas, qua an. 1706. d. 5 Aug. auctus. Mortuus est an. 1710, non autem

tem

tem mortua simul eius laus, quam hodieque conseruat inscriptio ipsius effigiei, templum Aegidianum ornanti, subiecta:

IOHANNES PETRVS STEIN,
Rev. Minist. Senior und Pastor dieser Kirchen, ist zu Möllen im Jahr Christi 1647. den 8 Octobr. gebohren, alhier aber 1678. den 21 Febr. zum Predig-Ampt, 1689. den 7 Martii zum Pastorat, und 1706. den 5 Augusti zum Seniorat, beruffen worden. Nachdem er nun dem Herrn seinem GOtt treulich gedienet, so ist er zum grossen Leidwesen seiner werthen Gemeine, und derer lieben Seinigen, 1710. den 30 April. sanfft und selig entschlaffen.

BERNHARDVS STEIN.

Eiusdem LVCAE STEINII filius, Lubecae an. 1651 d. 24 Dec. vsuram motus vitalis accepit. *Von seinen lieben seeligen Eltern*, ita legitur in ipsius Personalib., *ist er in seiner Kindheit und Jugend gar sorgfältig erzogen, und zur wahren Gottesfurcht und allen Christlichen Tugenden, wie auch zu guten Künsten und Wissenschafften mit allen Fleiß angeführet, da er insonderheit in der bekandten Lübeckischen grossen Schulen durch alle Classes rühmlich herdurch gegangen, und zuvorderst von den berühmten Praeceptoribus, dem Hrn. TRIBBECHOVIO, dem Hrn. DAVIDE von der BRÜGGE, Sub-Rectore, dem Hrn. POLZIO, Con-Rectore, und dem Hrn. NOT-*

TELMANNO, *Rectore*, *getreulich informiret worden.* Ductu eiusdem Nottelmanni an. 1669 d. 28 Octobr. publicum dedit progressuum, quos in litteris fecerat, specimen, de Symbolo Flauii Vespasiani: *Lucri bonus odor ex re qualibet*, Orationem solemnem habendo. Sanctiorem disciplinam Kilonii pariter ac Regiomonti per nouem circiter annos strenue excoluit. Anno 1686 a Wismariensibus vocatus est Archi-Diaconus Marianus, quod munus vsque ad annum 169 , quo mortalitatem exuit, magna fide administrauit, praeconem post fata nactus Ioannem Wendekerum, Collegam, cuius funebris sermo, quo Dan. XII. 3 interpretatus est, typis legitur exscriptus. Edidit noster

Concionem Funebrem in Psalm. XXXVII. 4 sq. Wism. 1686. 4.
in Psalm. LXXIII. 23 sq. ibid. 1693. 4.
in Psalm. LXXIII. 25 sq. Suerin. 1693. *fol.*
in Iob. XIV. 5. Wismar. 1693. 4.

IOANNES PETRUS STEIN.

Filius IOANNIS PETRI STEINII, paullo ante a nobis praedicati. Humanitatis studia didicit ope praeceptorum Athenaeo patrio praefectorum: Theologiam autem labore doctorum, quos diligenter auscultauit, Academicorum. Anno 1707. d. 25. Nouembr. excellentissimi *Goetzii* nostri *Eclogam Anti-Pontificiam de Balneis Animarum* in Colloquio ordinario, vna cum fratre,

tre, *Bernh. Henr. Stein*, SS. Theol. Studioso, ita propugnauit, vt a praeclarissimo Mellio nostro in Epistola de Balneis Animarum Lubecensibus pag. 3 ideo vterque frater laudibus sit ornatus. Conf. etiam Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. pag. 383 sq. Hoc specimen aliud excepit an. 1711. d. 5. Nou., quo die *Goetzii* laudati *Dissertatio Theologica, expendens Quaestionem: Num ad Ministerium Ecclesiasticum Opifices, aliique Homines indocti vocari possint?* in consessu reu. Ministerii ab eo d. 29 Octobr. electo Symmysta Iacobaeo, defensa.

IOANNES STOLTERFOHT.

Stolterfohtianorum meritorum, quae Lubeca iure effert laudibus, felix fecit initium. Natus enim Lubecae an. 1555 d. 13 Ian., educatus in Gymnasio patrio, & Academica Tubingensi, doctior factus per Helueticum ac alia itinera, ornatus Rostochii titulo Magistri, ibidemque per biennium sacro in aede Mariana functus munere, an. 1588 spartae sanctiori in patria se admoueri passus est. Nam commotus tandem (aegre enim, imo aegerrime Rostochio voluit abire) litteris Senatus Lubecensis, Praefectorum Templi Mariani & Crispini Flûggii, Symmystae Lubecensis Iacobaei, munia Ecclesiastae Mariani dicto anno, & Pastoris an. 1597 suscepit. Legatur omnino Mellii Notit. Maior. pag 29-43, vbi de nostro optime agitur, & simul suppe-

ditantur litterae, eius Lubecam pertrahendi causa scriptae. Ex hac Notitia nonnulla etiam de Stolterfohtio nostro in Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. p. 191 annotata reperiuntur. Exanimatus est, cum ad Senioris quoque dignitatem ascendisset, an. 1622. 4. Febr.

IACOBVS STOLTERFOHT.

Natus est Lubecae an. 1600. d. 20. Iul. patre IOANNE STOLTERFOHT, quem modo laudauimus, ac Matre MARGARETA, filia LUCAE BACMEISTERI, Doctoris & Praesulis Rostochiensis, Theologi famae immortalis. Didicit in Athenaeo patrio a sexto aetatis anno vsque ad vicesimum studioque *Ottonis Gualtperii* atque *Ioannis Kirchmanni* optime fuit institutus, amore praeceptorum, ob res in schola praeclare gestas, dignissimus semper iudicatus. Documentum huius rei produco Epistolam a Kirchmanno ad nostrum, vocatum Symmystam Marianum, suum olim discipulum scriptam:

„ Reuerende & doctissime Dn. M. Jacobe,
„ Amice colende.

„Nullum maius gaudium contingere posse, iis, „qui iuuentuti informandae praefecti sunt, „quam si videant, eos, quibus prima pietatis & „literarum fundamenta olim instillarunt, vel in „Republica, vel Ecclesia honestum locum ob„tinere, & patriae vsui esse, id ego cum saepe „antehac, tum vero nuper denuo expertus sum, „postquam audiui, te communi consensu eo„rum, quibus ius suffragii est, inter verbi diuini my-

„mystas cooptatum esse. Nam etsi quidem e-
„tiam pro veteri amicitia, quae mihi a multis an-
„nis cum Auo tuo materno, cum Patre, cum A-
„vunculis fuit, merito laetabar, te in illo templo
„posthac diuina oracula populo explicaturum
„esse, in quo Pater tuus ὁ μακαρίτης tot annos
„maxima cum laude docuit; ingens tamen ad
„eam laetitiam cumulus accessit, quod recorda-
„bar, te olim sub disciplina mea vixisse, & in hac
„Schola prima pietatis & litterarum fundamen-
„ta iecisse. Atque huius mei gaudii testem vo-
„lui esse hanc epistolam, qua tibi de officio, ad
„quod legitime vocatus es. ex animo gratulor,
„Deumque rogo, vt dona illa, quibus te orna-
„vit, quotidie magis magisque augeat, & vires
„tibi largiatur huic oneri ferendo pares. Cum
„vero ex disciplinae meae alumnis primus sis,
„cui quidem in hac Vrbe officium Ecclesiasticum
„contigerit, facere non potui, quin beneuolen-
„tiae testandae hoc tenue munusculum tibi of-
„ferrem, quod vt tanquam monumentum mei
„erga te amoris aequi bonique consulere velis,
„etiam atque etiam rogo. Vale & honestissimam
Matronam Matrem tuam a me saluta. Dabam
„Lubecae X Iunii. An. 1626.

„ Tuus omni studio
Io. Kirchmannus.

„ Reuerendo & doctis-
„ simo Viro Dn. M. Ia-
„ cobo Stolterfohto,
„ templi Mariani quod
„ est Lubecae, electo
„ Ecclesiastae, Amico
„ suo honorando.

Simili Academicorum doctorum fauore haud dubie fruitus est Rostochii (quod cum altera vice adiisset, an. 1624 adipiscebatur Magistri honorem, amoris signum & industriae praemium) Wittebergae (quam simili ratione bis inuisit), & Gryphiswaldiae, quarum Academiarum ciuis fuit exoptatissimus. Adsunt specimina, diligentiae Academicae luculenta indicia. Sic Gryphiswaldiae, an. 1622 *Disputationem Physicam de Anima Rationali*, praeside *Andrea Virginio*, defendit; an. 1623 *de Mundo* auspiciis *Ioachimi Stockmanni* disputauit; anno autem 1624. Wittebergae *Balthas. Meisneri*, Praesidis *Praecognitorum Theologicorum Dissertationem octauam de Theologiae appellationibus, speciebus, genere, caussis & definitione* respondendo tuitus est. Promouisset etiam docendo studia Academica, ad quae erat valde procliuis, nisi, vrgente matre & instigantibus amicis, in sacrum ordinem se cooptari passus esset, anno 1626. d. 2. Iun. aet. an. 26 Symmysta Marianus electus. Quanta fuerit eius in hoc munere diligentia, iuuat ipsius verbis declarare. Ita vero scribit in Vita sua apud Mellium in cit. Notit. Maior. p. 18 sq: *In partibus officii exequendis qualem me, pro donis diuinitus mihi concessis, praestiterim, meum non est recensere neque vero opus est, siquidem de eo toti nostrae ciuitati satis constat. Quarto, officii mei ordinarii anno, post natum Christum, 1629. Illustrissimus & Celsissimus Dux Megapolitanus, Dn. ADOLPHVS FRIDERICVS, Ducatu haereditario eiectus, huc veniens & sedem suam apud nos figens, consensu Ampliss. Senatus huius vrbis & Reu. Ministerii, me*

Con-

Concionatorem suum constituit, Cuius Celsitudini singulis septimanis duas conciones babendo & preces singulis diebus bora 9 matutina recitando, per integros duos annos bumillime inseruii; peractis nibilominus ordinariis officii mei in nostra Ecclesia partibus, ita, vt singulis septimanis quatuor concionibus occupatus fuerim. Ne quid dicam de laboribus festiualibus, & aliis, qui numero & onere non paruo mibi incubuerunt. Sub initium officii mei satis tenuiter ab eruditione Theologica instructum, & minus exercitatum me fuisse, ingenue fateor, quippe qui buic studio ne vnum quidem annum recte impenderam. Sed ad spartam, quam nactus eram, recte ornandam, tantam, aura adspirante diuina, adhibui diligentiam, (absit iactantia verbis) vt per otium dies mibi non exierit, partem noctium etiam studiis vindicarim, & rarissime post 3 matutinam somno indulserim. Ita habitum mibi in concionando comparaui & talem promtitudinem, vt nonnunquam, necessitate ita exigente, vix 2 boras meditationi concionis dederim. Innotuit mox ipsius praestantia, adeo, vt modo Concionator Aulicus Mecklenburgicus, modo Praepositus Itzehoensis, modo Superintendens Suerinensis, modo Pastor Slesuicensis vocaretur, quae tamen, & plura munera ipsi oblata, modeste recusauit, patriae amore & singulari auditorum in se affectu commotus. Quare etiam facile an 1649. d. 27 Sept. dignitatem Pastoris Mariani impetrauit. Neque defuerunt praecones, qui eum & viuentem & an 1668 d. 4 Mart. mortuum vehementer laudarent. Ad hos pertinet etiam Henricus

Mei-

Meibomius, quod demonſtrant ſequentia ipſius Epitaphio inſcripta:

Vidit in hoc vno cunctas Lubeca recondi
Siue Heliconis opes, ſiue Sionis opes.
Ore, animo, calamo haud illuſtrior alter;
Gratior hinc Muſis; carior inde DEo.

Henricus Meibomius.

M. IACOBVS STOLTERFOHT ward hie in Lûbeck gebohren Ao. 1600. 20 Iulii, ward Prediger A. 1626. Paſtor 1649. ſtarb 1668. den 4 Martii.

Addo vatem praeſtantisſimum Davidem van der Brùgge, qui in funere noſtri Stolterfohtii (quem vocat *ſummum virum*, *Polyhiſtorem*, *Theologum atque Oratorem incomparabilem*) ita ſcripſit:

Quam praeluſtre iubar noſtro ſubducitur orbi!
Quam clarum ſidus tingitur oceano!
Occidit ille Sophum Phoenix, aeuique Smaragdus,
Saecula cui nullum priſca tulere parem.
Se maior natura fuit, cum lucis in auras
Orbi terrarum gaudia tanta dedit.
Numinis inſtar erat, decus admirabile mundi,
Cui vectigalis Caſtalia vnda fuit.
Gurges in Hiſtoriis praediuite voce ſonabat
Prodita Cecropiis Romuleisque libris.
Pallade cor plenum; ſed erat vox plena liquenti
Melle, quod ex Hybla daedala libat apis.
Elinguis poterat Peitho collata videri,

Et

Et tua, mi Tulli, lingua diserta minus.
Hic vir Hic electo, si coelica scita perissent,
Vel solus poterat restituisse gregi.
Saltibus in Pindi priscorum fabula Musas,
Et Phoebum sedem finxit habere suam;
Huius erat cerebrum sedes gratissima Phoebo,
Palladis & templum nobile pectus erat.
Hinc grege cum moesto Phoebus sine sede vagatur,
Vocibus & querulis sidera celsa ferit:
Heu! fuit, atque animi pars occidit altera nostrae,
Noster honos eheu! praesidiumque iacet!
Non ita: Splendidius nitet inter sidera sidus,
Et radiis complet Solis vtramque domum.
Laus haec summa potest per cunctas didita gentes
Non nisi cum mundo commoriente mori.

Conseruant laudes eius in primis pia ac erudita scripta, quae hodieque virorum doctorum manibus teruntur. Haec autem sunt.

Pseudo-Petrus Romanus, der falsch genannte Stuhl-Erbe Petri zu Rom, oder 2 Evangelische Predigten vom Römischen Pabst. Lubeck. 1630. 4.

Mecklenburgische Auffzugs-Predigt. ibid. 1631. 4.

Consideratio Visionum, oder Schrifftmässiges Bedencken, was von Gesichtern heutiges Tages zu halten sey. ibid. 1634. 12. In hoc libello reiecit visiones modernas, tanquam non promissas, incertas, absurdas & valde periculosas. Interiecto aliquo tempore visiones eiusmodi de felicissima Suecorum expeditione iactabat Ioannes Warnerus. Huic permittebat *Iacobus Fabricius,*

cius, Pomeraniae Orientalis supremus Praesul, vt visiones suas euulgaret: Displicebat hoc reliquis sacri ordinis Sedinensis viris, quare non solum Theologorum conquirebantur iudicia, sed Fabricius etiam *Visionum Probationem* edebat, in qua de hodiernis Visionibus sensit mitius, & simul libello Stolterfohtiano putauit esse quaedam opponenda. Cum vero Stolterfohtius pro sua sententia strenue pugnaret, nata est controuersia illa de Visionibus Fabricio-Stolterfohtiana, & vterque suos inuenit defensores. A partibus Stolterfohtii, praeter alios, stetit etiam *Seb. Meierus*, Rector Lubecensis, sicut Fabricii causam defendere laborauit *Ioannes Micraelius*, Rector Sedinensis. Vid. Memoria Fabriciana a Micraelio litteris consignata, apud Wittium in Memor. Theolog. Dec. VIII. p. 1095 sqq. Totius controuersiae historiam optime dedit ipse Stolterfohtius in der Nochmahligen Wiederholung der Streitigkeit von den Newen Gesichtern, cuius caput II, quod est p. 14--55, inscribitur: *Kurtze Historische Wiederholung des Gesicht Streits.* Conf. B. Pomarius in der Lehr-und Schutz-Schrifft wider den Guttmannisch. Offenbahr. Patron. P. I. p. 16 sqq. 90 sq Baringii Warnung für Neue Propheten p 41. Celeberr. I. A. Fabricius in Centur. Fabricior. p. 45 sq. Cl. Mollerus in Isagog. ad Hist. Ducat. Slesuic. & Holsat. P. IV. pag. 480-485. Andr. Dav. Carolus in der Wirtenberg. Unschuld p. 492 sq. 465. Reliquo-

quorum Stolterfohtianorum scriptorum ad hanc controuersiam pertinentium notitiam dabimus iis locis, quos ordo chronologicus illis assignat.

Zwo Evangelische Predigten: die eine von der gefährlichen Schiffart S. Pauli; die andere von dem verfluchten und verdorreten Feigenbaum. Lub. 1635. 4.

Historia von David Georgen, einem heillosen Mann und Gotteslästerlichen Ertz Ketzer, aus Iacobo Augusto Thuano, Iacobo Fincelio, Adamo Henric Petri, Iohanne Wigando, und Luca Osiandro zusammen gezogen, mit angefügten Notis und Erinnerungen. ibid. 1635. 4. Inserta est haec Historia a Christ. Thomasio Historiae Sapientiae & Stultitiae P. I. p. 64 sqq; Notae autem Stolterfohtianae hic omissae.

Die Gefährliche Schiffarth S. Pauli, beschrieben im 27 Capitel der Apostolischen Geschichte, und in Zehen Predigten (darinnen, nebenst der Lehre von der Schiffahrt, auch viel ander zur Ubung des Christenthumbs und gemeinen Menschlichen Leben nützliche Erinnerungen begriffen) Schrifftmäßig erkläret und ausgelegt. Mit einer vorhergehenden Predigt von der Schiffarth insgemein. Lubec. 1637. 8.

L. Annaei Senecae schönes Büchlein von der Göttlichen Providentz, Versehung und Regierung ins Teutsche übersetzet, und mit Theologischen, Politischen, und andern Anmerckungen erläutert. ibid. 1642. 8.

Ora-

Oratio funebris in obitum Iohannis Kirchmanni. Lubec. 1643. 4. Inserta est deinceps ab Henning. Witte Memor. Philosophor. Dec. IV. n. 5. p. 516 sqq. Excerpsit quoque ex illa Baylius T. II Dictionar. Historico-Crit. p. m. 1717 sq. Strenue autem in hac Oratione Kirchmannum, socerum suum, defendit contra censores tam maleuolos, quam ineptos.

Heptas Sermonum de Tempore, das ist, Sieben Zeit-Predigten. Lub. 1644. 8.

Consideratio Visionum Apologetica, das ist, Schrifftmäßiges Bedencken, was von Gesichtern heutiges Tages zu halten sey, aus Liebe der Warheit, und den Einfältigen zur Nachrichtung, abgefasset, und für etlichen Jahren ans Licht gegeben, nun aber zum andern mahl wieder übersehen und vermehret. Nebenst beygefügter Christ-gebühr- und bescheidentlicher Beantwortung dessen, was dagegen durch öffentliche Schrifften hat wollen eingewandt werden. ibid. 1645. 8.

Trifolium Consolationis Diuinae, oder Christlicher Leich-Sermon auff Hn. Kay Seestädten, und dessen Eheliebsten. ibid. 1646. 4.

Kurtze Antwort auff die charteque Samuelis Plasteri, ibid. 1646. Hic Plasterus fuit Pastor in Pomerania Wartenbergensis, qui Fabricium defendere, Stolterfohtium autem erroris accusare non dubitauit. Leg. Mollerus l. c. pag. 483 sq.

Nothwendige, höchstabgedrungene Warheit und Ehren-

Rettung

Rettung wieder die sehr hefftige Schrifft, so D. Iacobus Fabricius, orientalis Pomeraniae Superintendens generalis, unter folgendem Titul: Inuicta Visionum Probatio, das ist: Wolbefestigte Widerlegung der nichtigen Scheingründe, mit welchen ein Streitsüchtiger Sophist mein hiebevor gedrucktes Büchlein von Prüfung der Gesichter zwar bestürmet aber mit nichten überwunden hat: unlängst ans Licht gegeben, darin er mein vor diesem heraus gegebenes Schrifftmässiges Bedencken, was von Gesichtern heutiges Tages zu halten, gantz und gar zu ruiniren und umzustossen sich höchlich, wiewol gantz vergeblich, bemühet. ibid. 1647. 4.

Warheit und Ehren-Rettung ander Theil, darin auch zugleich die vornehmsten Puncten, welche der H. D. Fabricius in seiner letzt ausgefertigten also genannten Gebührmässigen Ablehnung wieder die offenbahre Warheit vorgebracht, kürtzlich berühret werden. ibid. 1648. 4.

Nochmahlige kurtze, jedoch gründliche Wiederholung der Streitigkeit, so nun etliche Jahr in der Christlichen Kirchen geführet, von den Neuen Gesichtern, unmittelbahr Prophecey- und Offenbahrungen; nebenst öffentlicher Protestation für der gantzen Christlichen Kirchen; beygefügten Judiciis und Urtheilen vornehmer Evangelischer Theologen darüber; auch einem ausführlichen warhafftigen Bericht H. Pauli Einhorn, wolverdienten Churländischen Superintendenten und Pastorn der Teutschen Gemein zu Myttaw, was daselbst mit Lauremio Matthaeo, Georg Reichards Amanuensi, oder Copiisten, sich begeben

ben und zugetragen, daraus ein Muster des Geists der neuen so hoch gerühmten Propheten mag genommen werden. Zu nochmahliger Vertheidigung der rechten, reinen, lautern, Göttlichen Warheit; Beybehaltung der gebürmäßigen Authoritaet des ordentlichen Ministerii und Predig-Ampts; und Ablehnung aller außgesprengten Ehrenverletzlichen Unwarheit abgefasset und herausgegeben. ibid. 1649. 4.

Vorbereitung zum Tode, das ist, eine Christliche Predigt, wie man sich recht und gebührlich zum seligen Tode schicken und bereiten soll, am Palm-Sonntag 1653 gehalten. ibid. 1653. 4.

Conscientia in genere, das ist, Gründlicher Bericht vom Gewissen ins gemein, Daß es sey; Was es sey; Warumb es sey; Und wie es recht zu prüfen und zu forschen sey. ibid. 1654. 8. Laudatur hoc scriptum a B. Io. Frid. Mayero in Bibliothec. Scriptor. Theolog. Moral. p. 28, vbi Stolterfohtius noster recte vocatur *vir magnae eruditionis & zeli pro gloria diuini nominis.*

Conf. de Stolterfohtio Mellius l. c. p. 14-25. Wittius in Diar. Biograph. ad an. 1668. d. 4. Mart. Noua Literaria Mar. Balth. 1707. p. 189 sq. Lexic. Erudit. German. p. 2189.

PAV-

PAVLVS STRICKER.

Neofano-Wagricus, Athenaei noſtri tempore *Nottelmanni* fuit ciuis, factus deinceps, poſt abſoluta ſtudia Academica, Flensburgenſis Scholae (cuius pergrata mihi ſemper eſt memoria, quoniam primum me exercuit & grauisſimis laboribus ſcholaſticis aſſuefecit) Conrector an. 1682, Paſtor Eccenſis in praefectura Trittovienſi an. 1690, templi Cathedralis Slesuicenſis Archidiaconus an. 1694, & tandem an. 1703 Paſtor. Occaſione mortis *Margaretae Agnetae Soltowen* prolixe commentatus eſt in Pſ. LXXIII. 28, & hunc ſcripto ſuo titulum dedit: *Der Gläubigen Vortheil bey Gottes Antheil, oder, der herrliche Gewinn, welchen die Frommen davon haben, daß sie sich zu GOtt halten.* Slesuic. 1704 fol Alph. I pl. 10. Honorifica eius fit mentio ob egregii ſtipendii Fabriciani adminiſtrationem in V. C. Andr Ludou. Koenigsmanni Monument. Pietat. Maecenat. Slesuic. & Holſat pag 33.

ENOCHVS SVANTENIVS.

Et Patrem habuit *Enochum Suantenium*, Scholae primum Bordesholmenſis Rectorem, deinceps Paſtorem Guſtrouienſem, & filium *Enochum Suantenium*, diuum meum anteceſſorem, de quo vid. Athenar. Lubec. P. I. pag. 77 ſqq. Natus eſt Guſtrouii an. 1618 d. 18 Febr. ac primis litterarum fundamentis iactis, Athenaeum noſtrum intrauit. *Cum pater*, ait Franc. Wolfius in Vita eius ap. ſumme reu. Goetzium in Memor.

German. Theolog. pag. 448 sq, *in tenera aetate e viuis decessisset, a matre Lubecam missus curae & informationi viri amplissimi, clarissimi & doctissimi DN. M. IOHANNIS KIRCHMANNI, Rectoris Scholae, & viri clarissimi & doctissimi DN. M. SEBAST. MEIERI, Conrectoris, concreditur, quorum ductu cum publice, tum priuatim adeo se solertem dedit, vt omnium admirationem & laudem sibi facillime conciliaret.* Simili modo in Academiis Gryphiswaldensi & Rostochiensi ad solidam eruditionem contendit. Quare etiam dignus fuit iudicatus, qui muneribus honorificis admoueretur. Anno autem 1646 d. 27 Ian. electus est a Rostochiensibus Diaconus Iacobaeus, & an. 1653 Archi-Diaconus. Neque Ecclesiam solum, sed Academiam quoque ornauit. Auctus enim an. 1662 a Gryphiswaldensibus Doctoris Theologiae decore, probata in Collegiis, vt vocant, Academicis & Disputationibus diligentia effecit, vt an. 1668 Professor Theologiae extra ordinem, & an. subsequenti ordinarius constitueretur. Praebuit se fidelem & industriam vsque ad annum 1674, quo, cibi capiendi causa accubans, mortuus est. Conf. B. Grapii Rostoch. Euangel. pag. 188. Supersunt erudita ipsius specimina Academica & scripta

Dissertatio de Annis Aetatis Christi.

De DEo Vno & Trino.

De Vniuersalibus.

De Summo Bono.

Dissertatio Inauguralis de Fundamentali Religionis Lutheranae & Caluinisticae Dissensu, siue Pace non Pace.

Pace. Gryphisw. 1662. Praes. *Matthaeo Iabberto.*

Dissertationes Theologicae in Augustanam Confessionem.

Dissertationes Theologicae in Septem Verba a Christo in Cruce prolata.

Conciones Funebres. Vid. Goetzius l. c. pag. 453.

PAVLVS TARNOVIVS.

Praeclari nominis hic Theologus Grevismolam, patriam, valde illustrem reddidit; parentibus vero, *Ioanno Tarnovio*, Consuli Grevismolensi, & *Magdalenae Greviae* optima, qua praeditum illum cernebant, indole magnum gaudium excitauit. *Ab his*, inquit Ioannes Huswedelius in Memor. Theolog. Dec. III. pag. 362 sq, *domi, ac* Ioanne Schrödero, *Rostochiensi, publice in rudimentis pietatis & literaturae informatus ita profecit, vt annos 12 natum parentes de filio ablegando Lubecam, vna cum fratre natu maiore Hermanno consilia agitarint, eademque diuino auxilio & munificentia Illustriss. & Celsiss. Principis, Dn. ELISABETHAE, quae dotalitii loco oppidum cum praefectura adiacente habebat, adiuti, illo ipso anno, qui 1575 erat, ante ver iniens, perfecerint. Praeerant eo tempore Scholae* M. Ioachimus Hansius, *Francof. Marchicus, Rector, & eius fidelis* παραστάτης *Dn.* Nicolaus Vorstius, *Brabantus, Conrector, quem Harlemo, vbi studia iuuentutis antea gubernauerat, belli calamitas expulerat, imperialium & Anseaticarum ci-*

vitatum princeps Lubeca extorrem susceperat. Ab his non modo vt discipulus in Latina & Graeca lingua, dicendique artibus diligenter informatus, sed etiam vt filius paterne amatus fuit, vsque in annum 1578, *quando sub autumni initium pestis contagium migrare Luneburgum adegit.* Intra anni autem spatium, sumtuum magnitudine coactus, ad suos rediit. Continuauit deinceps studia Rostochii, vbi, post administrata insigni cum laude munia Rectoris Parchimensis ac Rostochiensis, an 1604 Theologiae Professor & Dauidis Chytraei successor euasit. In Templo sedens an. 1633. d. 6. Mart. exspirauit. *Theologus multa pietate atque doctrina insignis* recte dicitur a V. C. Thom. Crenio in Diss. de Furib. Librar. p. 28, sicut a Ioach. Mantzelio in Gloria Acad. Rostoch. ex Professorib. Longaevis p. B. 3 merito etiam commemoratur. Inter scripta eius peregregia & iure a B. Grapio l. c. p. 222 laudata, praecipua sunt

De Coniugio Libri III, in quibus non modo omnes Controuersiae, quae extant de hoc argumento apud Bellarminum, cum in partibus libri de Clericis & de Monachis, tum in toto, quem conscripsit, de Sacramento Matrimonii, examinantur, nostra argumenta defenduntur, aduersariorum refelluntur; sed etiam pleraeque omnes aliae quaestiones practicae, varii casus iique difficillimi, qui de Sponsalibus, repudiis, nuptiis & diuortiis in Consistoriis offerri & agitari solent, dilucide explicantur & enodantur. Rost. 1614. 8.

De Sacro-Sancto Ministerio Libri III, ibid. 1624. 8.

De

De Sacro-Sancta Trinitate Liber vnus, oppositus Fausti Socini Refutationi, absque auctoris nomine Racoviae ante annos triginta primum Polonice, deinde Latine editae, & huic scripto insertae, qua refellere conatus est, quae de divinitate Filii & Spiritus Sancti Robertus Bellarminus T. I Controversiae 2 generalis Libro primo, & Iacobus Wiekus, Iesuita, peculiari libello scripserunt. Rostoch. 1625. 4.

Commentarius in S. Ioannis Euangelium. ibid. 1629. 1636. 4.

De reliquis eius scriptis, quorum numerus haud exiguus, vt & vitae rationibus plura legantur apud Wittium l. c. pag. 362-368. & in Diar. Biograph. ad an. 1633. d. 6. Mart. Freherum in Theatr. Viror. Erud. p. 453 sq. Conf. Vhsenius in Vitt. pag. 961 sq.

IOANNES TARNOVIVS.

Vidit lucem an. 1586. d. 19 April. patrem nactus *Hermannum Tarnouium*, Pastorem Grevismolensem. *Anno* 1599, teste Thoma Lindemanno in Memor. Tarnov. apud Wittium l. c. p. 319, *Lubecam missus in disciplinam D.* Ottonis Gualtperii *& Collegarum, praecipue popularis & ciuis sui* M. Ioachimi Drenckhanii, *tum Subconrectoris ibidem, post Rectoris Scholae Stralsundensis.* Breui deinceps apud Hamburgenses consumto tempore, an. 1604 Rostochium adiit, ibidemque *Pauli Tarnovii*, patrui sui, hospitio & institutione, tam publica, quam priuata, vsus est.

Augere quoque studia sua laborauit Argentorati, Basileae (vbi *Ioannem Buxtorfium* audiuit litteras orientales docentem) Giessae, Wittenbergae. Neque reliquas Germaniae Academias inuisere neglexit. Anno 1614 Theologiae apud Rostochienses doctor publicus est declaratus. Obiit in ipso aetatis flore an. 1629. aetat. 43, praecocibus eruditis omnino accensendus. Inclaruit scriptis, tum aliis, tum praecipue exegeticis. De his celeberr. Edzardus in Animaduerss. ad Weismanni Hist. Eccles. p. 45 ita iudicat: *Negari nequit, Ioh. Tarnouium iuuenem adhuc cum temeritate quadam versatum esse in dictis nonnullis sacrarum litterarum interpretandis. Eam obrem recte fuit a Theologis aliis reprehensus. Cessit autem meliora monentibus, ac postea se gessit prudentius, & Exegeticis suis laboribus Ecclesiae plurimum profuit.* A clariss. Mollero in Homonymoscop. p. 727 *exegetarum Ecclesiae Lutheranae Biblicorum dexterrimus* Tarnouius noster appellatur. Alia iudicia a V. C. Carol. Arndio in Biblioth. Mayer. Biblic. Continuat. pag. 83 sq. sunt congesta. Ex his ea inprimis sunt notanda, quae admodum honorifice celeberrimi Doctores Reformati *Sixtinus Amama* & *Mathaeus Polus* tulerunt. Ad haec procul dubio alludens ita cecinit *Ioachimus Henningius*:

Tarnouius, optimus ille
Scripturae interpres quondam, cui nostra secundum
Aut similem vix secla queunt dare, testibus ipsis
Aduersae partis doctoribus

Po-

Potiora scripta exegetica αὐτόπτης hic notabo. Sunt autem

Exercitationum Biblicarum Libri IV. Lipſ. 1640. 8.

In Prophetas Minores Commentarius, in quo textus Analysi perſpicua illuſtratur, ex fonte Hebraeo explicatur, locis S. S. parallelis confirmatur, a prauis expositionibus vindicatur, vſus vero in locis communibus ex ipſa Scriptura natis & probatis indicatur. Rostoch. 1632. 4. Noua huius Commentarii editio, praefatione *Io. Bened. Carpzovii* ornata, prodiit Francof. & Lipſ. 1688. 4. Vide eius recenſionem in Bibl. Vniu. & Hiſt. T. X. p. 166 ſqq. Ratio tractandi, quam titulus huius Commentarii indicat, a Tarnouio in reliquis etiam Commentariis eſt obſeruata.

In Pſalmos Paſſionales Commentarius. Lipſ. 1628. 4.

In Threnos Ieremiae Commentarius. Hamb. 1707. 4. Nouae huic editioni (antea enim plus ſimplici vice iam prodiit hic Commentarius) praefixa eſt eruditisſima Praefatio *Io Fechtii,* laudes Tarnouii exponentis, eundemque contra Godofredum Arnoldum egregie vindicantis. Conf. etiam Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. pag. 36 ſq, vbi Commentarius Tarnouianus *pulcherrimum opus* appellatur.

Diſſertatio de Dicto Apoſtolico 1. *Timoth. IV.* 12: *Quaenam iuueni Theologo afferant auctoritatem,* recuſa opera *Georg. Henr. Goetzii.* Witteberg. 1690. 4.

Explicatio Capitis quarti Epiſtolae ad Romanos, in quo

agitur de Iustificatione Hominis coram Deo, quam luci publicae, ob exemplarium defectum, argumentique praestantiam, studiosae iuventutis bono, reddidit idem *G. H. Goetzius* ibid. 1690. 4.

Reliqui Commentarii ac scripta exegetica, & alia, Disputationes etiam (quibus addenda *Disputatio Theologica de Salutis Humanae, per Sacerdotium Christi facta, acquisitione* Rostoch. 1619. 4), nec non vita & fata enarrantur in Witte Memor. citat p. 317-324: & Diar. 1629. d. 22 Ian: Freheri Theatr. p. 442 sq: Capzouii cit. Praefat: Grapii Rostoch. Euangel. p. 451 sq: Vhsenii Vitt. pag. 960 sq.

IOANNES CHRISTOPHORVS TESDORF.

Felicitati ipsius potest omni jure accenseri, quod Patre natus sit Magnifico Consule, PETRO HENRICO TESDORF, Viro mea laude maiori, de quo in Athen. Lubec. P. I. p. 215 sq nonnulla honoris ergo diximus: laudi vero, quod, duce *Suantenio*, honestissima ratione, celebrato an. 1699 d. 27 April. *Gymnastico Actu Oratorio de Artificio multiplici, vt Homo Homini Admirabilis euadat*, Athenaeo nostro dixerit vale. Perductis laudabiliter deinceps ad finem studiis Academicis, an. 1706. d. 12. Octob. *Goetzii* nostri *Principem Commentatorem Biblicum* in Colloquio consueto debitis modis celebrauit. Vid. Nou.

Lit.

Lit. Mar. Balth. 1706. p. 378. Vocatus anno ſubſequenti Eccleſiae Neo-Gammenſis in Circulo Bergedorffenſi Paſtor, quod munus hodieque ornat, *Acta Huberiana*, collecta Lubecae, editaque d. 3. Iun. 1707 a laudato ſaepius Goetzio, in Colloquio ſolemniori excusſit. Leg. cit. Nou. Lit. 1707. pag. 253 ſqq, vbi contenta etiam horum Actorum indicantur.

ADAMVS TRIBBECHOVIVS.

Famae immortalis hunc Theologum, quem excellentiſſ. Goetzius noſter in eruditisſima Commentatione de Io. Weſſelo p. 9 merito appellat *Lubecenſium ornamentum prorſus ſingulare*, alma noſtra Lubeca produxit, In hac enim civitate an 1641. d. 11. Aug. humanam ſocietatem eſt ingreſſus. Patrem coluit *Iuſtum Tribbechouium*, his meritis laudibus in Vitae Curric. German. ornatum: *Sein Vater iſt gewesen Herr Juſtus Tribbechov, beym berühmten Gymnaſio zu Lübeck wohlverdienter Collega, ein gelehrter, Gottesfürchtiger, und ſo wol im Schul- als Chriſten-Stande wohlgeprüfter Mann*; Matrem vero *Annam*, Theologi meritisſimi M. *Adami Helmſii*, Paſtoris Petrini & Senioris Lubecenſis (vid. Athen. P. I. p. 330 ſqq,) filiam, Matronam & pietate & aliis virtutibus condecoratam. Praeditus indole optima & ad ſtudia litterarum aptisſima, felicisſimos habuit mature admodum in bonis artibus progreſſus, exoptatisſi-

tissimorum praeceptorum opera adiutus. *Die Gütigkeit des lieben GOttes*, ita legitur l. c. *hatte ihm ein vortreffliches und gar ungemeines Ingenium verliehen, welches, nachdem es früh und mit den ersten Jahren herfürbrach war seinem Herrn Vater es gar leicht, die capita pietatis und prima literarum rudimenta ihme gleichsam spielend beyzubringen, wornach man ihn den gelehrten und um die studirende Jugend zu Lübeck rühmlich verdienten Männern, Herrn IACOBO KOCKERTO, Hn. M. HENRICO BANGERTO, Hrn. JOHANNI POLZIO, und Hrn. M. SEBASTIANO MEIERO, damahligen Rectori anvertrauet, als welche den bey ihm schon brennenden Eyffer zur GOttesfurcht und Gelehrsamkeit ferner angeflammet, und durch löbliche Information ihn so weit gebracht haben, daß er die fundamenta linguarum, Latinae, Graecae & Hebraeae richtig geleget, und auf die Universitaet im achtzehnden Jahr seines Alters dimittiret werden können. Dahero findet sich in seinem Auffatz, den er pro Curriculo Vitae in Latein schrifftlich überlassen, nicht allein eine hertzliche Dancksagung für die sonderbare Gemüths-Gaben, wormit ihm GOtt vor andern begnadet, sondern auch eine weitläufftige Belobung der Treue, die er an seinen Herren Praeceptoribus gegen sich verspüret, nebst*

nechst beygesetztem hertzlichem Gebet, daß sie GOtt dafür mit zeitlicher und ewiger Gnaden-Vergeltung erfreuen wolle. Simili fere modo ſcholaſticum ipſius curriculum deſcripſit Sagittarius in Hiſtor. Gothan. pag. 190. Conf. Memoria Tribbechouiana a Wilh. Ern. Tentzelio litteris conſignata, apud ſumme reu. Pippingium in Sacr. Decad. Septenar. p. 187 ſqq, in qua noſter cum Auguſtino comparatur, de vita autem ipſius ſcholaſtica p. 189 ſic ſcribitur: *Multo felicior fuit Tribbechouius noſter, Patre genitus erudito, qui cum in Gymnaſio Lubecenſi adoleſcentes inſtrueret, tum in filio formando ſingulare fecit exemplum induſtriae, illumque in tenera aetate Latina lingua exornauit. Puer diuino ingenio gaudebat, & omnia ſponte faciebat, nulla vi calcaribusque adigendus. Hinc Graecis etiam litteris, quas Auguſtinus tantopere oderat, maximo ſtudio incubuit, Ebraicasque, quas ille prorſus ignorauit, doctore Bangerto coniunxit. Hiſtoriarum notitiam, artemque diſputandi ex eiusdem inſtitutione accepit, nec Mathematicas diſciplinas Poëſimque neglexit, ſed monſtrante Kockerto haud vulgariter tractauit.* An. 1659 abiit Roſtochium: inde venit Helmeſtadium: in vtraque Academia ſtrenuam litteris, praecipue ſacris, ſedulo nauauit operam. Praefectus paullo poſt a Viro Magnifico DAVIDE GLOXINIO, Syndico primum, deinceps Conſule Lubecenſi, filii vnici, ANTONII HENRICI GLOXINII, poſtea I. V. Doctoris, Conſiliarii Caeſarei & Comitis Palatini, ſtudiis, & illuſtri Stipendio

Schab-

Schabbeliano auctus, tam egregie docendo fidei suae commissum, audiendo doctores publicos & consulendo praestantissimos libros profecit, vt plus simplici vice insignia munera scholastica ei offerrentur. Ipsa patria eum publicis suis doctoribus cupiebat adscriptum. *Es verledigte sich in Lübeck*, inquit Auctor Vitae eius, *nach dem Tode des berühmten und um die Studia Philologica wohlverdienten Mannes, Hn. Sebastiani Meieri, eine Stelle im Gymnasio, und wurde unser seel. Herr General-Superintendens, nachdem vorgedachter Herr Bangertus zum Rectorat gerücket, zu der Vacantz ordentlich begehret, welche er denn auch, so wohl weil sein Herr Vater biebevor sein Glück an selbigem Gymnasio gefunden, als auch weil hochermeldter Herr Gloxinius und dessen Eydam, Herr D. Franck, nachmahls Fürstl. Gothaischer Hof- und Justitien-Rath alhier, darzu inständig angerathen, gerne angenommen, wo nicht die einmahl gefaßte Meynung, daß er nemlich das studium Theologicum durch Vermittelung des Stipendii Schabbeliani absolviren wolte, zu widerruffen bedencklich gefallen wäre.* Eaedem rationes impediuerunt, quominus Rectoris officium, a Wormatiensibus oblatum, accipere potuerit. Ad maiores autem honores erat natus. Quare cum in Giessensi Academia praestantissimos primum Theologos auscultando, deinceps scholas Philosophicas aperiendo, pro rostris Academicis elegantissimas Disputationes defendendo & nitidissimos ingenii foetus in lucem producendo ad munus doctoris Academici rite obeundum satis superque se

prae-

praeparasset, an. 1664 vocabatur Kilonium, vbi praeficiebatur tradendae morum disciplinae, cum qua, mortuo Watsonio, spartam docendarum Historiarum coniungebat. Hic autem fide, industria, eruditione tantam sibi comparabat famam, vt dignus iudicaretur muneribus multo splendidioribus. Commendatus enim a laudato Franckio illustrissimo Principi Saxon. ERNESTO, pio valde piorum Theologorum fautori, an. 1672 Consiliarius Ecclesiasticus Gothae eligebatur, creabatur etiam, creatus antea Kilonii summo cum applausu Theologiae Doctor, & aegerrime quidem, honestissime tamen a Sereniss. Princip. CHRISTIANO ALBERTO, qui ipse de Nostri fide ac sedulitate Musis Kiloniensibus praestita testatus est, dimissus, Nouos post quadriennium Gothae nanciscebatur honores, ad summam supremi Praesulis, siue Superintendentis Generalis, dignitatem ascendens. Quanta cura, quanto labore, quanta prudentia, quanto ardore incubuerit ad res ecclesiasticas pariter ac scholasticas instaurandas, dirigendas, amplificandas, vindicandas, ii vix praedicare satis possunt, qui ipsius praecones extiterunt. Quare an. 1687. d. 17 Aug. pie defunctus *uti incredibile sui desiderium*, do verba Sagittarii l. c. p. 193, *ita immortalem nominis sui famam vbique reliquit.* Ipse summus Morhofius (qui, quanti fecerit nostri merita, declarauit etiam honorificis carminibus, quibus ei tum Honores Doctorales, tum munus Consiliarii Ecclesiastici Gothani gratu-

gratulatus est. Vid. Opp. ipsius Poëtic. Latin. p. 192 sq) in illius obitum ita cecinit:

Quas o Amico naenias fundam meo!
Qui noster annis a tot optimus fuit,
Antiqua cuius experimentis fides
Spectata tantis, quemque fraudum nescia
Dolique virtus, candor ac integritas,
Suisque tinxit recta mens coloribus.
Quid, TRIBBECHOVI, manibus scribat tuis,
Quae mutui monumenta amoris erigat,
Quae nunc ab ipsa mentis exulat via
Suisque Musa mergitur doloribus?
Non praestet illa sancti amoris pignora,
Non hic dolorem testis impar exprimet,
Qui nunc sepulchro iambus adrepit tuo.
Durabit illud nominis tui decus,
Haeret medullis illud infixum meis,
Dum noster hos mouebit artus spiritus.
Sed magna, PRINCEPS, magna sed pius Tibi
Et eruditus soluet orbis praemia.
Per ora virtus fertur omnium tua,
Et secla fastis consecrabunt postera.
Sed transit illa seculorum gloria:
Et ne caduco deses aeuo hoc excidat,
Inscribit ipsa nomen albo AETERNITAS.

Conseruant hanc laudem ac gloriam doctissima nitidissimaque ipsius scripta, quae sunt

I. Dissertationes

De Bombyce. Giess.

De Philosophia Morum inter Barbaros, praecipue Orientales, Kilon. 1666. De hoc scripto non

solum

solum honorificum Morhofii iudicium, carmine expressum, affert Tentzelius l. c. p. 149, sed ipse etiam ita fert sententiam: *Philosophia Barbarorum Moralis exquisitam eruditionem sapit, & Sabiorum, Chaldaeorum, Persarum, Brachmanum, Bonziorumque opiniones ex abstrusissimis fontibus eruit, Atheosque summae impietatis conuincit.* Conf. Cl. Molleri Hypomnemata ad Morhof. Polyh. T. III. p. m. 119.

De Defectu Luminis Naturae in assequendo augustissimo SS. Trinitatis Mysterio ex veterum Philosophorum sententiis & antiquis monumentis instituta Dissertatio. ibid. 1667.

Historia Chiliasmi. ibid 1667. pl. 9.

Veritas Creationis Mundi, prout a Mose descripta est, ostensa in traditionibus gentium ac vetustissimis antiquitatis profanae monumentis ad conuincendos Atheos. ibid. 1668. Perelegantem hanc Dissertationem dignam iudicauit Cl. Crenius, quam in Fascic. I Dissertatt. Historico-Critico-Philologicar. pag. 227 sqq repeteret.

De Angelis. Kilon. 1668.

De Concursu DEi ibid. 1668.

De Ordine superiorum Potestatum Ecclesiasticarum veteris & florentis Ecclesiae.

De Impositione Manuum ex Hebraeorum, nec non Christianorum monumentis instituta Dissertatio. Kilon. 1668

De Causis & Ratione Formali Virtutis moralis in genere. ibid. 1670.

De Signo Crucis. ibid. 1670.

Regnatricis Prudentiae Augusti exemplum in nouo imperio quaerendo, constituendo, tuendo Historica Exercitatione propositum. pl. 10. Resp. Cajo ab Alefeld, Equite Holsato.

De Mose Aegyptiorum Osiride. 1671.

Obseruationes de Commerciis instituendis, augendis, conseruandis. 1672.

Dissertatio Theologica inauguralis de Iesu Christo, Domino ac Deo nostro, vnica Via, Veritate, Vita, ad dictum Io. XIV. 6. Kilon. 4. Praeses fuit Christian. Kortholtus.

II. Libri & Tractatus editi.

De Doctoribus Scholasticis & corrupta per eos diuinarum humanarumque rerum scientia Liber singularis. Giess. 1665. 4. Hoc libro, quem *cedro dignissimum* vocat, viam sibi parasse Tribbechouium ad Professionem Kiloniensem, obseruat Sagittarius l. c. p. 191. Imo vero communi eruditorum applausu fuit exceptus. Vnde etiam Celeberr. Heumannus laudando valde instituto nouam anno superiori curauit huius libri editionem, cuius Inscriptio docet contenta: *Adami Tribbechouii de Doctoribus Scholasticis & corrupta per eos diuinarum humanarumque rerum scientia, Liber singularis. Editio secunda. Cui accessit I. Christoph. Augusti Heumanni, Gymnasii Goetting. Insp. & S. Theol. Prof. Praefatio, qua de Origine, Appellatione, Natura atque ἀσοφίᾳ Theologiae & Philosophiae Scholasticae disputatur. II. Vita Tribbechovii, Scriptore Wilh. Ern. Tenzelio. III. Index copiosus.* Ien. 1719. 8. Omissa est in hac

hac editione Dedicatio, qua Tribbechouius librum hunc CHRISTIANO ALBERTO, Holſatiae Principi, dedicauit. Memorabilis ea tamen eſt, quoniam non ſolum amorem Principis erga optimas litteras, ſed Academiae etiam Kilonienſis initia exponit. Inter alia ſic ſcribit Tribbechouius: *Tu, REVERENDISSIME PRINCEPS, omnes felicitatis numeros impleuiſſe merito cenſeris, cum Divi Parentis tui deſideria modo expleviſti, quodque ipſe Martis ob tumultum erigere nequibat, ſapientiae domicilium, & noua Muſis Chilonenſia Tempe conſtituiſti. Sic quidem tu gloriae culmen tenes, ad quod D. Parens tuus enitebatur.* &c. Sed haec ad noſtrum inſtitutum non pertinent. Ceterum ſubſcribo iudicio a laudato Heumanno in doctiſſima Praefatione de hoc libro p. 28. lato verbis ſequentibus: *Ac ſane fatendum eſt, Tribbechovium & ſumma induſtria congesſiſſe, quicquid in variis libris huc pertinens diuturna ex lectione annotarat, & rectisſimi iudicii libra omnia ponderaſſe, & commodisſimo ſingulas huius hiſtoriae partes expoſuiſſe ordine, & eleganti denique ſuauisſimoque dicendi genere totum hoc argumentum perſecutum eſſe. Quo labore ab hiſtoriae tum philoſophicae, tum eccleſiaſticae cultoribus non tenuem iniit gratiam, inter vtriusque generis ſcriptores collocandus loco non vltimo. Quapropter merito in lucem rurſus protrahitur iſte liber tam doctus tamque vtilis.* & reliqua.

Andachten von dem Ewigen Seligen Freuden-Leben, genommen und zuſammen gezogen aus dem Freuden-Spiegel des ewigen Lebens D. Philippi Nicolai. Samt

etlichen nützlichen Vorerinnerungen von der Christlichen Vorbereitung zur Gottseligen Betrachtung des ewigen Lebens. Wie auch angefügten Christlichen Gebeten um würdige Betrachtung des Ewigen Lebens. Auf Fürstliche gnädigste Verordnung abgefasset und zusammen getragen. Goth. 1674. 8. Hunc librum ἀνωνύμως edidit.

Die gecreutzigte Liebe, das ist: Andächtige Betrachtung einer gläubigen Seelen über die Historia des bittern Leidens und Sterbens JESU CHRISTI, unsers Herrn und Heylandes, wie solche von den vier Evangelisten beschrieben. Auff Gnädigsten Fürstl. Befehl vorgestellet. Leipz. und Goth. 1695. 8.

Exercitationes ad Baronii Annales, continuatae vbi desiit Is. Casaubonus Lips. & Hamb. 1708. 4. Ventilatae sunt Disputationum Academicarum instar in Kiloniensi Academia an. 1666 sq. Coniunctim vero editae Christiani Kortholti Disquisitionibus Anti-Baronianis adhaerent. Gratiae debentur magnae viro celeberrimo, *Seb. Kortholto*, pro opera vtrisque edendis nauata. In Praefatione sub finem fere sic scribit: *Qui* (Tribbechouius) *quum in eodem puluere cum Patre meo desudarit, Casaubonique resumserit arma, & ingenii acumine non contemnendo controuersias expeditas feliciter expedierit, tuae me voluntati, mi Lector, obsequi, atque vtilitati seruire autumo, exhibendo tibi Dissertationes Tribbechouianas, quas itidem debes pluteis paternis.* Confer de his Exercitationibus Anti-Baronianis, praeter summe reuerend. Goetzium in Biblioth. Anti-Pontif. Claror.

Claror. Lubecenss. p. 15 honorifice itidem iudicantem, Casp. Sagittarium in Introd. in Histor. Eccles. p. 316 sq, qui relationem suam ita concludit: *Quanta variae, rariorisque doctrinae seges in his Exercitationibus collecta sit, deprehendent omnes illi, quibus volupe est, easdem cum cura legere: sic vt non immerito doleamus, auctorem tum per occupationes alias, tum noua illa in Thuringia munera, ab tam vtili labore fuisse abstractum.*

Historia Naturalismi a prima sua origine ad nostra vsque tempora per suas classes deducta & ex MSC. nunc primum edita, cura & studio M. IOANNIS TRIBBECHOVII, filii, in Acad. Ien. Fac. Philos. Adj. Ien. 1700 4. Agit huius Tractatus cap. 1 de Voce Naturalismi. 2. de Naturalismo Antediluviano & primis Gentilismi initiis. 3. de Instauratione Gentilismi & Naturalismi post diluuium. 4. de Apostasia Iudaeorum ad Gentilismum, deque Naturalismo eorum, qui extra ecclesiam salvari quosdam posse putant. 7. de Naturalismo Arabum & Mahometanorum. 8. de Naturalismo Socinianorum & Neo-Arminianorum. 9. de Naturalismo Indifferentistarum, Probabilistarum & Libertinorum. 10. de Fr. Puccio, Th. Campanella, Ed. Bar. Herberto, Th. Hobbesio Naturalismi defensoribus & eorum scriptis. 11. de Naturalismo Atheistico. Scriptum hoc Tribbechouii posthumum, quod minime spernendum, quamuis haud dubie plenius fuisset cum eruditis communicatum, si ipsam

auctoris vltimam manum esset expertum, immerito reprehenditur in Auserlesenen Anmerckungen P. V. pag. 71 sq ob Gentilismum a Naturalismo non accurate satis distinctum. Ipse Obseruationis istius auctor Naturalistam describit per hominem, existimantem, quod is, qui reuelatum DEi verbum & Christum ignorat, nihilo minus tamen possit beneficio sanae rationis & cognitionis naturalis ad felicissimum statum peruenire. Hoc vero ad gentilem facile posse applicari, eundemque ideo Naturalismi accusari, quis non animaduertit?

Operum S. Hieronymi Francofurti ad Moenum & Lips. 1684 *impressa editione accuratissima celebrem* dicit Tribbechouium Crenius in Praefat. Fascic. cit. p. * 4.

Excerpta ex eius Litteris vid. in Cl. Struvii Act. Lit. e MSC. Fascic. VII. p. 62.

III. Inedita & Promissa.

Summaria & Porismata ad praxin vitae ducentia, ad vnumquemque Psalmorum Dauidis annotata.

Fragmentum Commentariorum ad vniuersa Biblia.

Fragmentum Historiae Ecclesiasticae a Lutheri ad nostra vsque tempora, Germanico idiomate, refutatis vbique aduersariorum erroribus in Historia subinde commissis.

Fragmentum Systematis Theologiae.

Historia Adami. Vid. Cren. l. c. Tentzel. Dial. Menstr. 1692 p. 163.

Collatio Theologiae Gentilis cum Diuina. Vid. excellentiss. Lintrupii, Academiae Hafniensis & totius

totius Daniae ornamenti, doctiss. Prafat. ad Suaningii Theolog. Senec. p. E. b. not.

Opus Historico-Dogmaticum de Philosophia Morali Gentium omnium, barbarum pariter atque cultiorum, nec paganarum minus, quam Iudaicae ac Christianarum. Vid. Mollerus l. c.

MICHAEL VERMEHREN.

Memoriam huius Theologi tam docti, quam pii, an. 1718. d. 3. Maii euulgaui. De familia etiam Vermehriana supra p. 107 sq & p. 114 disserui. Hic itaque sufficit annotasse, quod noster sit frater PAVLI VERMEHREN, in Sect. I. p. 144 sqq laudati. Natus est an. 1659 d. 10 Novembr., & egregia indole praeditus, litterarum studiis, cum per aetatem liceret, fuit assuefactus. Neque inuita Mineruà tractauit artes liberales, sed, optimos nactus in Athenaeo nostro praeceptores, *Scheuium, Tribbechouium, Lippium, Franckium, Brüggium, Polzium, Lipenium, Hinckelmannum*, exoptatos habuit progressus. In primis permulta retulit accepta Hinckelmanno, quem non solum per annos quatuor summo cum fructu audiuit, eiusque hospitio vsus est, sed amore etiam ipsius, paterno haud dissimili, fuit beatus. Superest huius rei egregium documentum, Epistola nimirum ab Hinckelmanno ad nostrum, in Academia Argentoratensi viuentem, scripta, quam, ne pereat, ab interitu, cui proxima est, vindicabo, & integram hic ex-

 hibebo

hibebo, quoniam, praeter ea, quae ad Nostrum spectant, multa alia docet praeclara. Inscriptio est:

Clarissimo Dno. MICHAELI VERMEHREN, Philosophiae Candidato & S. Theologiae Studioso laudatissimo. Amico suo vnice caro & in Filii loco semper habendo.

Argentoratum.

Ipsa autem Epistola his conscripta est verbis:

עמנואל

„ Vielgeehrter Hr. Vermehren, mein als Sohn
„ Hochwerther und Hertzgeliebtester Freund.

„Ich habe sein letzteres liebes Schreiben wegen „vieler bißherigen Arbeit noch nicht beantworten können, sondern es biß auf gegenwärtige „Feyertage versparen müssen. Hoffe, es werde bey ihm solcher Verzug um desto leichter „entschuldigt seyn, je mehr er meines Gemüthes „versichert ist. Anietzo habe in der bewusten „wichtigen Sache meine Gedancken überschreiben sollen, welche mein lieber Freund „wolle in der Furcht des Herrn überlegen, „und darnach eine endliche resolution fassen. „Ich habe mit seinem Hochg. Hrn. Vater alles „wohl überleget, wie er vielleicht selbst auch „berichten wird, doch gehet unsere Meinung „endlich dahin, daß Er, mein werther Hr. Vermehren, in Gottes Nahmen das vor ietzo Ihm „fast angebotene Stipendium Schabbelianum „nur annehmen möge. Die Ursachen, so mich

zu

„zu ſolchen Gedancken bewogen, ſind folgen-
„de: (1) weil er gleichwohl im Gewiſſen ver-
„bunden, mit ſeinem von Gott verliehenen ta-
„lento ſo viel, als ihm möglich, zu wuchern,
„damit Er nachmahls im öffentlichem Ambte
„ſeinem Gott könne freudig dienen, auch end-
„lich mit rechten freyen Gewiſſen und Glau-
„bens-Freudigkeit aus der Welt wieder zu Gott
„gehen. 2) Weil die Kirche künfftig mehr als
„zu groſſen Mangel haben wird, auch ſchon hat,
„an Leuten, die etwas gründliches in der Theo-
„logie gethan haben, und künfftig vor dem Riſs
„ſtehen können. (3 weil ihn GOtt (ohne Zwei-
„fel durch eine heil. direction) an ſolchen Ort
„geführet, da Er ſo leicht zur ſolidität in ſtudio
„Theologico kommen kan, als wol kaum auff
„andern Univerſitäten zu hoffen wäre. (4) weil
„Er noch von Jahren jung, und dafern Er anje-
„tzo albereit ſolte in das Predigt-Amt kommen,
„nicht alleine frühzeitig genug zur Arbeit käme,
„ſondern auch dadurch von fernern Studiis wür-
„de abgehalten werden: conſequenter, nach-
„mahls in praxi offte befinden würde, daſs ſeine
„Studia Theologica noch nicht zu der Reiffe ge-
„kommen wären, dahin ſie wohl ſolten. Wel-
„ches (inſonderheit in der Stunde der Anfech-
„die bey redlichen Dienern Chriſti unmöglich
„auſſenbleibet) ohne groſſe Schmertzen nicht
„würde abgehen. Ich weiſs, was in derglei-
„chen Fällen mir von jungen Predigern in Ge-
„heim wohl iſt geklaget worden. Et tu ipſe,

 quid

„nutu quasi significem, conjectura facile asse-
„queris. Neque enim res est paucorum anno-
„rum, totius Scripturæ interpretem se vendita-
„re, (5) weil Ihm durch Annehmung dieses
„Stipendii der Weg in das Heil. Predigamt zu
„gehen durchauss nicht benommen wird. Wie
„denn Hr. D. Gl. sich gegen mich erklâret, wür-
„de Ihn künfftig Gott durch rechtmâssigen Be-
„ruff an ein vornehmes Predigamt fordern, wol-
„le er sich dabey nicht difficil finden lassen. (6)
„weil mein lieber Hr. Vermehren allbereit so
„schöne fundamenta zu diesem Zweck geleget,
„dass es mit GOttes Hülffe keine Schwürigkeit
„haben wird, innerhalb 4 oder 5 Jahren dahin
„zu kommen, wohin ihn das Stipendium ver-
„bindet. (7) weil Patronus selbst gegen mir al-
„lein bekand, dass er auf ihn so sonderlich re-
„flectire, weil seine pietât und Redlichkeit, nebst
„denen guten Fundamentis, Ihm hier sey in mei-
„nem Hause bekand worden. Welches in sol-
„chem Fall Ihm gewiss nicht gering scheinen
„soll, in ansehen, dass es künfftig seinem Ge-
„wissen (solte Er hierüber angefochten werden)
„kein geringes soulagement geben kan. Dieses
„sind die principalesten Ursachen, die mich be-
„wegen, dass ich rathe, Er solle dieses Stipen-
„dium nicht ausschlagen. Solte ins künfftige
„eine anstândige vocation nicht alsobald vor-
„handen seyn, so hoffe ich die Verlângerung
„des Stipendii leichte von Hrn Gl. zu erhalten
„den er überdiess durch Frömmigkeit, Fleiss
und

„hôffliche Schreiben leichte wird an ſich halten „kônnen. Wird alſo noch ûbrig ſeyn die con„ſultatio wegen der Arbeit, ſo er wird mûſſen „ûber ſich nehmen, damit der Zweck dieſes „Stipendii erhalten werde. Mein Freund weiſs „vorhin, daſs er ſich mûſſe verbindlich machen, „ſeine Studia mit Gòttlicher Hûlffe auf Acade„mien ſo weit zu bringen, daſs Ihm der gradus „eines *Doctoris Theologiae* nicht geweigert werde. „Muſs er alſo bedacht ſeyn ſo wohl auf die Erlan„gung einer hierzu gnugſamen erudition, als „auch eines Zeugniſſes hiervon. Was jene be„trifft, meine ich, daſs zum Doctore Theolo„giæ gehôre (1) Interpretatio totius Scripturæ „ſacræ. (2) Articulorum fidei & theſium qua„rumvis Theologicarum accurata cognitio. (3) „earundem adverſus hæreticos celebriores de„fenſio. Was das erſte betrifft, kan er in der „gantzen Welt ietzo keine grôſſere Beyhûlffe er„langen, als von ſeinem unvergleichlichen Hrn. „Hoſpite (*Schmidio*). Deſſen methodum in in„terpret. Scripturæ wird Er auffs genaueſte in „Acht nehmen, ſeine Schrifften unablâsſig leſen. „Ich meine ja, daſs er das *Collegium Biblicum* wer„de ſchon vôllig im Kopffe haben. Sobald der „*Commentarius in Jeremiam* herauſs kommt, mache „er ſich mit Fleiſs darûber, und unterſtreiche „alles, was Er zubehalten gedencket, damit „Ihm nachmahls die repetitio deſto leichter „werde. Uberhaupt aber muſs er es Ihm vor ei„ne Schande achten, daſs der Hr. D. Schmidius „ſolte einen Bogen geſchrieben haben, davon er

nicht

„nicht das Marck und Safft inne hätte. Was
„das andere belanget, zweiffle ich auch nicht,
„daſs er durch GOttes Gnade schon ziemlich
„werde avanciret, und *Chemnitium* und *Gerhar-*
„*dum* wohl werde bekand gemacht haben. Ich
„meine, daſs er mir auch einsten gesagt, daſs er
„selber Locos Theologicos vor sich zusammen
„getragen, die wird er successive fortsetzen und
„locupletiren. Sich vorauſs umb accuratam the-
„sin bekümmern, darin D. *Hülsemann*, *Ioh. Musæus*
„und einige andere grosse Meister seyn. Inson-
„derheit wird Ihm hierbey sehr nützlich fallen,
„wenn Er, ehe er zur Auſsarbeitung eines ieden
„loci oder Articuli gehet, zu vorher ein solches
„Buch lieset, das von dem Articulo auſsführ-
„lich und gründlich geschrieben, denn so kan
„er die theses und materien recht wissen, dahin
„er zu sehen hat. Dergleichen wäre in loco de
„Scriptura *Joh. Musæus*, wie auch *Rivetus* in Isago-
„ge: in loco de Deo Trinuno *Calovius* contra
„Crellium: in loco de Angelis *Klotzius*: in loco
„de Justificatione Hr. D. *Schmidius* und *Höpfnerus*:
„in loco de Bonis Operibus *Hülsemannus* in Ca-
„lixt. Gewissens-Wurm: in loco de Coena der
„seel. D. *Dorscheus* contra Zwingerum, welche
„beyde (Lateinische und Deutsche) Schrifften
„Er noch zu Straſsburg wird erlangen können,
„die aber in meinen Augen unvergleichlich
„seyn: in loco de Conuersione, de Electione
„& Reprobatione, de Ecclesia sind *Ioh. Musaei*
„Tractatus wieder sehr schön. &c. &c. Er wird
leicht

„leicht mercken, warumb ich ihm ſolche pe-
„culiaria ſcripta commendire Wenn ein Mann
„auff eine gewiſſe materiam ſich ex profeſſo le-
„get, und dieſelbe nach allen Vermögen auſsar-
„beitet, das hat andere Art, alſs wenn er etwa
„incidenter einige Stücke (ob ſie ſchon auch
„gut ſeyn mögen) berühret. Was den dritten
„Punct belanget, ſo will ich Ihm den kürtze-
„ſten Weg zeigen, dabey ich mich wohl befin-
„de. Ich leſe in Controverſiis Pontificiis *Bellar-*
„*minum*, und dabey *Chemnitii* Examen Concilii
„Tridentini, und *Chamieri* Panſtratiam Catholi-
„cam. Finde ich bey andern Theologis Bel-
„larminum hin und wieder auch refutiret, ſo
„notire ich es an mein Exemplar auff den
„Rand. In Controverſiis Calvinianis leſe ich
„*Gomari* Opera, und dabey *der Darmſtättiſchen*
„*Theologen Gründliche Ausführung*, welches Buch
„Er ſich je eher je lieber ſchaffe, wo Er es noch
„nicht hat. Die Reformirten werden biſs an
„den jüngſten Tag es unbeantwortet laſſen. In
„Controverſiis Socinianis habe ich die *Bibliothe-*
„*cam Fratrum Polonorum*, darinn ich aber nur ge-
„wiſſe Schrifften (ſonderlich *Socini* und *Crellii*)
„leſe, und dabey brauche ich *Calovii* Scripta An-
„ti-Sociniana, die jetzo conjunctim herauſs
„ſeyn, und *Scherzeri* Collegium Anti-Socin. In
„Arminianis Controverſis leſe ich *Episcopii* Ope-
„ra, und dabey *Calovii* Arminianismum. Wie-
„wohl in dieſen Controverſiis noch viel zu thun,
„was Hr. Calovius nicht gethan hat. Ich hoffe,
wenn

„wenn Er diesen Weg wird nachgehen, es soll „nicht übel gethan seyn, sondern auch in die„sem Stück eine solche erudition erlanget wer„den, die zum gradu in der Theologia genug „sey. Eines muss ich doch noch hinzufügen, „nemlich dass Er den noblen und nötigen ap„pendicem eruditionis Theologicae, *Historiam* „*Ecclesiasticam*, nicht versäume. Dazu werden „Ihm Hn. D. *Bebelii* Schrifften in illo genere all„bereit viel genutzet haben. Könnte er aber „von dem vortrefflichen Mann ein Collegium „über die gantze Historiam Ecclesiasticam ha„ben, so wolte ichs vor unschätzbar achten, „weil kein Theologus heute zu Tage in der Welt „lebt, der es Ihm darinn kan gleich thun. Die„ses wäre also der punct von erudition. Was „nun betrifft künfftig das Zeugniss hiervon, „so weiss ich kein besseres zu ersinnen, als dass „er gegen die Zeit, da er seine studia Theolo„gica zu absolviren gedächte, eine solche Di„sputation verfertigte, die ieder verständiger „müste vor Doctor-mässig halten. Nachmahls „könnte Er (wie andere in dergleichen Fällen „bey dem Stipendio gethan) von der Facultate „Theologica ein geschriebenes Testimonium „begehren, dass sie zu iederzeit Ihm den gra„dum zu conferiren bereit wären, und davor „tüchtig hielten. Weil aber solche Arbeit nicht „in einem Monath, oder Viertel-Jahr kan voll„bracht werden, sondern bey Zeiten darauff „muss gedacht werden, so will ich ihm wohl-

mei-

„meinentlich ietzo eine materiam vorschlagen, „und darüber seine Gedancken erwarten. Ich „meinte, es sollte eine statliche Arbeit werden „können, wenn Er eine Disputation schriebe, „darinn er bewiese, dass der *Spiritus Prophetiae* „sey *Testimonium IEsu* (ex Apocal. XIX. 10). Darinn müste er durchgehen alle loca Veteris Te„stamenti, die de Christo und Evangelio han„delten, imgleichen alle typos, und was son„sten ad probationem veritatis Novi Testamen„ti ex Veteri muss geholet werden. Er wird „viel finden bey fleissiger Untersuchung, da„von bisshero noch wenig gesprochen worden, „viel, das auch zur Unzeit ist angezogen wor„den. Es wird bey nahe kein nobler locus V. „Test. seyn, denn Er nicht wird durcharbeiten „müssen, und hätte Er also die schönste Ge„legenheit zu zeigen, was Er gründliches in „der Bibel, und in Articulis Fidei wisse. Da„bey würde denen hæreticis (sonderlich Soci„nianis) viel zu antworten seyn. Doch müste „alles kurtz und nervose gefasset werden, wor„auss judicium scribentis am besten zu sehen. „*Cocceji* Schrifften können hiezu sehr dienlich „seyn. Denn wiewohl er offt die loca torqui„ret, so hat er doch auch in vielen die Warheit „gesehen, wo sie von andern nicht ist wahrge„nommen worden. Weil es aber bey anderer „Arbeit nicht möglich, dass er die vasta volu„mina solte durchgehen, so würde sehr bequem „fallen indessen der Auszug, welchen aus sei-

nen

„nen Commentariis Propheticis *Abrahamus Gulichius* gemacht, dessen Theologia Prophetica „hiebey auch etwas nützen könnte. Wo er „die Bücher in Strassburg nicht haben kan, „weil sie in Holland gedruckt, so wollen wir „sie wohl hinauf senden. Sie werden Ihm von „vielen Dingen Gelegenheit geben zu gedencken, daran er wohl sonst nicht käme. Hingegen wird er ihnen auch in vielen zu wiedersprechen haben. Monf. Vermehren gedencke „selbst, wo Er eine materie finden wolle, die „sich so weit erstrecke durch die gantze Bibel, „die mehr voll Safft wäre, und bey der er zeigen werde können, was er der Kirchen erbauliches werde gelernet haben. Ich kan jetzo „wegen Eilfertigkeit nicht mehr schreiben, will „aber künfftig successive mehr mit Ihm hieraus reden. Jetzo erwarte mit Verlangen seine Antwort, und in derselben auch eine delineation seiner ietzigen studien. Der HErr sey „selbst sein Lehrer, und führe ihn in alle Warheit, gebe auch sonst in dem bevorstehenden „und folgenden Jahren solche Gnade von oben, „dass Er, mein liebster Freund, möge je mehr „und mehr zum Dienste seines Gottes geschickt, „in seinem Gewissen ruhig, im Glauben gestärcket, im Leben heilig werden, und dermahleins sich und andere selig machen! Von mir „hat er sich nichts anders, als aller hertzlichen „Treue und Liebe zu versichern, der ich meine eigene Kinder nicht mehr liebe, als Ihn.

GOtt

„GOtt gebe mir nur viel Gelegenheit, dafs ich
„mit denen Werken zeigen könne, ich sey
„Lübeck. den 28 Decemb. 1684. Sein getreuester
„An Ihre Magnif. den Hn.
„Schmidium bitte mich
„gehorsamst anzubefeh-
„len. Ich werde eher ster-
„ben, alss auffhören Ihn
„zu ehren. A.Hinckelmann.

Ex his litteris satis superque apparet, quanto amore nostrum Hinckelmannus sit prosecutus, & quantopere Noster Hinckelmanno placuerit. Academicis auditoribus Rostochii an. 1680 additus non minus doctoribus suis *Varenio*, *Cobabo*, *Siricio*, *Schomero*, *Wolfio*, *Seeligmanno*, *Dobelio* se probauit, atque specimen diligentiae statim post elapsum primum annum Academicum dedit *Diss. de Salutandis & Salutantibus ex Epistolis Paullinis* sub praesidio Viri admodum reu. & praeclariss. M. *Iacobi a Melle*, Senioris hodie grauissimi & Pastoris Mariani meritissimi (quod ciuitatis nostrae decus Numen seruet!) publice, cunctis laudantibus, vindicata. Consumto in Rosarum Academia trium annorum spatio Argentoratum adiit, vbi 5 annos commoratus summum virum *Sebastianum Schmidium* (cuius auspiciis sexies egregie disputauit & defendit *Diss. de Sermone Christi in Monte Matth. V. VI. VII. & Luc. VI.*, vt & *Resolutionem Psalmorum Propheticorum de Christo*) Gamalielem veneratus est, coluitque reliquos praeceptores, *Faustios*, *Bebelium*, *Zentgra-*

sum, viros longe celeberrimos. Atque hic ſenſit potisſimum fructus pietatis Hinckelmanno, doctori ſuo fidelisſimo, declaratae. Ab illo enim commendatus per nobiliſſ. & conſultiſſ. D. *Gloximum* illuſtris Stipendii Schabbeliani beneficio fuit affectus, teſte epiſtola paullo ante ſuppeditata. Hoc ſtipendio Argentorati pariter ac Baſileae, quam petiit an. 1687, religioſe vſus, iuſſu Gloxinii Luneburgum profectus eſt, vt iuncta cum celeberrimo *Sandhagenio* conſuetudine litteras ſuas, ſacras in primis, augeret ante reditum in patriam, quam an. 1688 repetiit, multis doctrinae ſubſidiis comparatis. Ob haec Lubecae diligentiae & laboris haud exigua praemia accepit. Etenim mox an. 1689. d. 4 April. Symmyſta, an. autem 1694. m. Iul. Archi-Diaconus & an. 1711. d. 8 Ian. Paſtor Aegidianus electus eſt ac conſtitutus. Munia haec doctrina, fide, ſcriptis, induſtria ita ornavit, vt an. 1718. d. 25 April. defunctus laudem non vulgarem reliquerit. Haec exponitur etiam in ipſius Epitaphio his verbis:

Memoriae Viri admod. reuerendi & praeclariſſ. DN. MICHAELIS VERMEHREN, Paſtoris huius Aedis meritisſimi, nati Lubec. A. MDCLIX. X. Novemb. vocati ad Miniſt. MDCLXXXIX. IV. April. ad Paſt. MDCCXI. VIII Ian. denati MDCCXVIII. XXV Apr. moeſti haeredes P. C.

AVCTO-

AVCTORIS viuet, dum viuet fama LVTHERI,
Cuius grande libris auxit & ore decus.
Non candor, pietasque tenax, nec munera mentis,
Illa, qua cutis & membra, teguntur humo.

Scripsit

De Christianorum Fiducia, quae est Resurrectio Mortuorum, iuxta Tertullianum libr. de Resurr. Carnis. Lubec. 1704. fol. De hoc scripto, in exequiis generosae Matronae *Dorotheae Elisabethae de Dorne* edito, recte iudicatur in Nou. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 192, quod *in eo ex Theologia & Antiquitate Ecclesiastica varia adducta legantur, quae hunc fidei articulum, hac crepera mundi aetate diligenter euoluendum, illustrant.*

Das Triumphirende Lutherthum, oder Schrifftmässige Betrachtung der wahren Christlichen Kirchen, wie dieselbige der Drey-Einige GOtt durch den Dienst derer Lehrer und Prediger, vermöge des Worts und der Heil. Sacramenten, auff dem Kreiß des Erdbodens samlet und bauet, und sie in allen, so wol gewaltsamen als listigen Anläuffen ihrer Feinde, unter dem Schutz ihres Ober-Hauptes Christi IEsu, siegreich triumphiren lässet, um solche recht zu erkennen, damit sich niemand stossen möge an den Triumph- und Glorreichen Sieg, *welchen die Römische Kirche über die Lutheraner sol erhalten haben, und aus der Feder des* Cornelii Hazarts, *Soc. IEsu, ausgeblasen hat* Iohannes Ubelgun, *Soc. IEsu.* Lubec, 1708. 4. Praefationem, nomine venerandi ordinis

 sacri

ſacri Lubecenſis, praemiſit ſumme reuerendus Praeſul noſter Goetzius, in qua verba Lutheri in Catechiſm. Maior. Artic. III ſcribentis: *Dominante Papatu Spiritum ſanctum haud praeſto fuiſſe*, docte ac luculenter expoſuit.

WILHELMVS VERPOORTEN.

Theologus hic magnis officiis praeclarisſime adminiſtratis celeberrimus eſt addendus magni nominis viris iſtis, quos Lubeca noſtra aliis conceſſit. Naſcebatur ille in hac ciuitate an 1631. d. 18 Octobr. patre *Iacobo Verpoorten*, mercatore ſpectatisſimo, filio *Ioannis Verpoorten*, ex Brabantia diuinae veritatis ergo per Albanum Ducem eiecti. Inſtituebatur per doctores patriae publicos, quod patet ex eius Memoria ap. Goetzium in Elogg. Theologor. p. 604. Gieſſae deinceps, Ienae, Wittenbergae, Lipſiae ac Roſtochii tam ſtrenue, lauto Stipendio Schabbeliano egregie ſubleuatus, ad litterarum, praeſertim ſacrarum, ſtudia incumbebat, vt non ſolum a Gieſſenſibus ſummis honoribus Theologicis tandem fuerit condecoratus, ſed ſplendida etiam munia ſacra ei ſint demandata. Primum enim Sereniſſimo Principi FRIDERICO, Haſſiae Landgravio, a confeſſionibus & concionibus ſacris Weſelingae eſſe iubebatur. Porro celſisſimus Princeps, ERNESTVS Pius, eum Gotham vocabat Conſiliarium Eccleſiaſticum & Eccleſiarum Scholarumq; Gothanae prouinciae Inſpectorem. Tandem Gotham commutabat Coburgo, vbi fuit Profeſſor, Conſiliarius Eccleſiaſticus

cus & Superintendens Generalis. Cuncta haec ſplendida munera ita geſſit, vt maximis laudibus a laudatis viris ſit affectus. Legatur citata eius Memoria, laudum pleniſſima: legantur l. c. p. 611 ſqq honorifica Chriſtiani Kortholti, Adami Tribbechovii & Ioan. Reichii carmina, quibus mortem eius deplorarunt. Non minuunt hanc laudem ingenii, quae reliquit monumenta, ſcilicet

Diſputatio Theologica Inguralis de Conſenſu Fundamentali Lutheranorum & Pontificiorum in fundamento ſalvationis primo & imo, quod eſt Ieſus Chriſtus, quem ſe demonſtraſſe putat auctor Aurorae cuiusdam Pacis Religioſae, diuinae veritati amicae. Gieſſ. 1678. 4. Praeſ. Phil. Lud. Hannekenio.

Ieſus praedicans de Paſſione ſua ex Euang. Domin. Quinquageſ. Coburg. 1679. 4.

Pflicht-ſchuldige Bezeigung Chriſtlicher Obrigkeit und Unterthanen gegen einander, ex 1. Pet. II. 13. 14. ibid. 1678.

Treuer Lehrer Hertzens-Luſt, Laſt und Troſt, ex Pſ. CXIX. 25-32. Goth. 1670. 4.

Oratio Panegyrica ERNESTO Pio, Duci Saxon. defuncto habita Coburgi in Gymnaſio Caſimiriano. 1675. fol.

Auguſtus filiorum Dei Theſaurus ex Cant. III. 4, in funere *Auguſti Carpzovii*, Conſiliarii intimi & Cancellarii Gothani. 1683. fol.

Conf. Witte Diar. Biograph. ad an. 1686. 12 Mart. Lexic. Erud. German. p. 2383.

ERNESTVS CHRISTIANVS WARTENBERG.

Lipſiae natus eſt an. 1665. d. 30 Octobr, ibidem per annos complures eruditus in ſchola Thomana, cui habita Oratione publica *de Pietate* memoriam ſui reliquit. Inde venit Lubecam, vt *Abrab. Hinckelmannum*, *Mart. Lipenium* & *Dauid. Brüggium* audiret. Horum inſtitutione cum ad Academicos doctores vtiliter audiendos eſſet idoneus factus, remigrauit in patriam atque inter ciues Academicos nomen ſuum eſt profeſſus. Praemium laboris retulit Magiſtri titulum, quem pro roſtris Academicis publico ſpecimine ſibi vindicauit. An. 1690 euaſit Gymnaſii Berolinenſis Sub-Rector: an. 1694 Paſtoris Caſtrenſis ſuſcepit munus, quod ipſi Belgium, Brabantiam & Sueciam perluſtrandi occaſionem ſuppeditauit: an. autem 1699 Paſtoris Hohenzadenſis prope Sedinum munia ei ſunt delata. Euulgauit

Diſputat. de Anima humanum corpus informante. Lipſ. 1688. 4

Progr. de Spoliis Aegyptiacis, ratione Auctorum ſic dictorum Claſſicorum. Berolin.

Progr. de Scala Iacobaea. ibid.

Admiranda Belgii diuinitus collata Bona nov-antiqua ſub ſeculi currentis annique ab aera Chriſti 1694 finem, felixque auſpicium ſubſequentis praedicanda. Amſtelod. 1695. 4.

Chriſt-Angelo-Gnoſiam Ieſaianam, das iſt, allerſeeligſte Erkänt-

Erkäntniß Christi als eines Engels, oder Gesandtens, wie nehmlich unter diesem glorieusen Titul und Charactere der Herr Christus in Heil. Schrifft Altes Testaments uns geoffenbahret worden; insonderheit, wie ihn Iesaias cap. LXIII. 8. 9. als einen Engel des Angesichts Gottes gepriesen hat. Stetin. 1708. 4.

Christlichen Zeit-Messer, das ist: Ordentliche Eintheilung gottseeliger Gedancken auf jeden Tag des Monats gerichtet, wie ein jegliches Gott liebendes Hertz bey Eintheilung der Zeit in seinen ordentlichen und täglichen beruffs-Geschäfften auch zum wenigsten einen kleinen Theil der Zeit, in heiliger Betrachtung, GOtt zu Ehren, und sein selbst eigener Erbauung abmessen und nützlich anwenden soll. Zum erstenmahl gedruckt in Gravenhage, anietzo von neuen übersehen, vermehret und verbessert. Stettin. 1709. 12. Praemisit noster Praefationem, in qua aliquot mundi symbola ad pietatem excitantia exponit.

Das bewegliche Kirchen-Gebet wieder die Pest in Pommern, Gesang-weise abgefasset. ibid. 1709.

Ruminationem, oder Wiederkäuung der Sonn- und Festtäglichen Seelen-Speise, welche des Iahres Christi 1711 Zandenscher Gemeine, dem damahligen Methodo und Lehr-Art nach, in Veranlassung gegenwärtiger schwehren und trübseeligen Zeiten, vorgetragen worden. Stetin. 4.

Das vor dem Thron Christi flehentlich supplicirende Schwedische Pommern. ibid. 1711.

Convolutum Devotionum SS., oder Sammlung heiliger Andachten, zu desto ernstlicher Begehung des GOtt geheiligten Reformations-Festes. Stetin. 1717. 4.

Poëtische Seelen-Lust bey dem andern Reformations-Fest angestellet. ibid. 1717. 4.

Das Bild eines am Wasser gepflantzeten Baums.

Das Mausoleum oder Epitaphium und Begräbniß Christi.

Betrübte Exempel der Straff-Gerichte GOttes. Freyb. 1717. 4.

Compendium libri cui Tituius: *Ernstliche Fragen an unsere Seele, aus dem Englischen übersetzet von J. L. M. C.* 12.

Edet porro, si anni & fata benigniora permiserint

Christ-Angelo-Gnosiam Mosaicam ex Exod. XIII 20. 21. 22.

Stern und Kern alles Trostes ex Io. XVII.

Pomeraniam anagrammaticam: OPEM IN ARA.

Den noch heutiges Tages blühenden Friedens-Gruß Mariae ex Ies. XI. 1-5.

Vnum necessarium, oder Ernstliche Sorgfalt für die Seele.

Die Anbefohlene Seelen-Rettung ex Luc. XVI.

Paraenesin ad Clerum, oder Ermunterungs-Stimme an das Erbtheil des Herren zum Eiffer wieder die Lauligkeit.

Christianorum Vrim & Thumim, Licht und Recht, Wissen und Gewissen.

Ausmusterung der Kirchen-Bäume von dem himmlischen Kirchen-Gärtner angestellet ex Matth. VII.

Harmonie, oder Ubereinstimmung merckwürdiger Zeugnisse in der Offenbahrung S. Iohannis mit jedem Sonn- und Fest-Tags Euangelio durchs gantze Jahr.

IOAN-

IOANNES IOACHIMVS WEIDENERVS.

Non ſine voluptate in Albo noſtro offendi nomen clarisſimi huius Theologi, quem Roſtochium ornamentis ſuis accenſet. Lucis vſura frui coepit anno ſaeculi ſuperioris ſeptuageſimo ſecundo, cuius vndecimus Auguſti dies parentes, *Ioannem Ioachimum Weidenerum*, Senatorem primum Demminenſem, deinceps Roſtochii reditum Ptochotrophii ad aedem S. Spiritus & Coenobii ad S. Crucem, praefectum, & *Claram Mariam Neucrantziam*, ex celebri Neucrantziorum familia, quae olim Lubecam noſtram quoque illuſtrauit, eidemq; concesſit Medicum laudatisſimum, *Paulum Neucrantzium*, oriundam. Misſis, quibus in tenerrima aetate vſus eſt, priuatis praeceptoribus, Scholae Roſtochienſis publicae magiſtris *Niebenckio*, *Mohrio* & *Burgmanno* ſe litteris imbuendum commiſit. Defuncto patre, a vitrico *Nicolao Okelio*, Notario publico Caeſareo (quem non vitricum, ſed patrem habuit) Parchimenſem ludum litterarium adire iusſus, *Wasmuthium*, *Sommerfeldium* ac *Mohnium* fideles veneratus eſt praeceptores. Idem fecit Magdeburgi, vbi non ſolum doctoribus ſuis *Cunouio* & *Pattio*, ſed etiam cognatis *H. S. Wuſchen*, Conſuli & *Petro Neucrantzio*, Iudici illo tempore ac fori Praeſidi, deinceps Conſuli, charus fuit acceptusque. *Studiis ibi feliciter continuatis*, inquit B. Habichhorſtius in Roſtoch. Literat. p. 348 ſq, *ad Academiam quidem, praecipue patriam, properare animus erat, quo fine & in reditu*

 ad

ad suos Lipsiam, Ienam, Erfurtum, Wittenbergam & Francofurtum ad Viadrum, Academias, aliasque ciuitates huimet Academiis vicinas lustrabat. Cumvero hic apud Parentes tunc temporis commoda studiorum gratia viuendi ratio nondum appareret, non abs re fore censebat si Lubecense adhuc Gymnasium frequentaret, priusquam Academicos doctores audiret; quod ipsum eius consilium non infeliciter cessit, siquidem ibi Rectorem M Enochum Suantenium, ante hac apud nos Poes. professorem, aliosque Collegas magno cum fructu per aliquod temporis spatium audiuit. Agnouit hoc Noster animo gratissimo in Epistola humanitatis plenissima, quam d. 1 Febr. 1719 ad me voluit dare. Non possum non, pace viri optimi, ex eadem nonnulla, ad nostrum institutum inprimis spectantia, cum Lectore communicare. *Non desint*, scribit, *qui Lubecae, celeberrimo isti bene velint emporio, quod sub alis Aquilae floreat, sed & beneficiorum memores multorum, fata sua perpetim feliciora, haud ingrati mancipauerint Eidem, inter quos non postremus ego Radouiani, Carsteniani, Vermebrianique, ast quantorum Nominum! non obliviscar, dum spiritus hos reget artus. His siquidem munificentissime beatus, per biennium ferme ad pedes Suantenii, Lipenii ac Freudii non sine exquisito consedi lucro atque fundamenta disciplinarum hac ieci praerogatiua, vt, ad altiora transcendens, non viderim, vbi detinerer, quoniam, dum cespitarent multi, aliorum disciplina solicitius aliquando exculti, mihi plana id datum rebar via, quorsum isti operosius multo aspirarent. Retribuat ergo DEus larga benedictique omne hoc beneficii genus, quo largiter mactatus, & Prae-*

ceptorum

ceptorum meorum memoria in perenni floreat benedictione! Ex Athenaeo noſtro an. 1689 diſcedens patriam ſalutauit Academiam, in qua auſpiciis *Henningii*, *Habichhorſtii*, *Schomeri*, aliorum (e quibus honoris cauſa nomino *Fechtium*, qui Noſtrum etiam habuit inter eos, a quibus *Sylloge Controuerſiarum* diſputando excuſſa) ſtudia ſua Philoſophica pariter ac Theologica felicisſime amplificauit, adeo, vt ipſe, creatus an. 1696. d. 25 Maii Philoſophiae Magiſter, nactusque an. 1698 poteſtatem ipſam ſanctiorem profitendi diſciplinam, cum Habichhorſtii *Diſputationem Exegeticam de Domino ſuper nube leui equitante & Aegyptum intrante ex Eſ. XIX. 1 ſq* egregie defendisſet, alios varias ſcientias non ſine inſigni fructu potuerit docere. Anno ſubſequenti 1699 adſcitus eſt in ordinem ſacrum, coetuique Mariano diuina oracula coepit proponere. Et quidem ſucceſſu adeo fortunato, vt ideo a B. Grünenbergio in Progr. Inaugural. p. 15 his verbis ſit praedicatus: *Domum Dei ſuae vigilantiae commiſſam non reliquit incultam. Ipſius enim Marianae conciones & catecheſes, humanitate & charitate, alacritate item & facundia plenae, innumerabili auditorum copia ſic frequentatae ſemper apud nos ſunt, vt ſpatium ſedentibus deeſſe videatur, vſusque Bibliorum, quem absque nouitatis opinione vel odore pedetentim commendauit, ſenſim ſine ſenſu in manibus praeſentium ad communiorem nunc conſuetudinem inualuerit* Multa itaque ei debet Eccleſia Roſtochienſis, multa etiam Academia, cui ſcholas, Philoſophicas pariter ac Theologicas, aperiendo, diſputan-

sputando & scripta, quae B. Grapius in Rostoch. Euangel. pag. 201 iure laudauit, edendo inservire volupe semper duxit, hodieque ducit. Laborum iusta accepit praemia, an. 1706 summis in Theologia honoribus insignitus; an. 1715 post Diaconi munia per XVI annos bene administrata, Marianae Ecclesiae Pastor constitutus; ac an. 1716 m. Ian. vocatus Professor Theologiae ordinarius & successor B. Quistorpii, Superintendentis. Laudes nostri abunde in citato Grünenbergiano Programmate allatas non repetam, ne eius modestiam offendam. Dabo tamen catalogum scriptorum, quae sunt

Disputatio de Fato non fatuo. Rostoch. 1697. 4.

Dissertatio Historica de Constantino Magno, qua illum honeste & ex legitimo matrimonio natum, contra Arnoldum vindicat ac defendit. ibid. 1702. 4. Contenta vid. in Nou. Lit. Mar. Balth. 1702. p. 323.

Constantinus M. superatis iuuentae discriminibus legitimus tandem Patris Constantini successor. ibid. 1703. 4. Vid. cit. N. L. M. B. 1703. p. 25 sqq.

Constantinus interitu vtriusque Maximiani & Herculei & Galerii in regimine confirmatus. ibid. 1703. 4.

Constantinus M. signo Crucis Christi in nubibus viso ad Christianismum inauguratus. ibid.

Constantinus superato Maxentio Romae triumphali pompa acceptatus. ibid. 1705. 4. Recensetur in N. L. M. B. 1705. p. 97 sq.

Dissertationes Historicae duae de Iuliano per nullam Orthodoxorum culpam Apostata, contra Arnoldum. ibid. 1702. 4. Leg. Nou. Lit. M. B. 1703. p. 6. sq.

Disser-

Dissertationes Historicae duae de Iuliano ex Historicis genuinis vere Apostata, contra Tom. III Obseru. Halenss. eiusdemq; nonam. ibid. 1703. 4.

Lutherus in solenniori ac plane memorabili Saec. XVI Reformatione primus praecipuusque DEi minister. ibid. 1704. 4.

Atheismi iusta Denominatio ac Imputatio contra Obseruat. Halens. T. VIII. Obs. X. ibid. 1704. 4.

Obseruatio Philologica ad vocem ראשית *Gen. I. 1. contra Io. Clericum.* ibid. 1705. 4.

Obseruatio Philologica ad vocem ברא *Gen. I. 1. contra Io. Clericum.* ibid. 1706. 4. Contenta dant Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 65 sq.

De Miraculosa Substantiarum Transmutatione quoad Biblica potissimum exempla diabolo impossibili, contra Bodinum & Clericum. 1706. Conf. N. L. M. B. h. a. p. 226.

Schrifftmässige Erläuterung, warum so wenig die eiffrig gesuchte unzeitige Vnion zwischen den Reformirten und Lutheranern, als auch die Wiederkehr zum Pabstthum möglich? nach Anlaß des Tractats P. Bernh. Freytags, *Soc. IEs., welcher genennet ist: Formula verae in Religione Concordiae.* Rostoch. & Lips. 1706. 4. Hoc Tractatu Auctorem bene de vniuerso Ecclesiae Lutheranae coetu meritum esse, iudicant Auctores Nou. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 235.

Disputatio Inauguralis e Tit. I. 5 de Diuina sancti Minirii inter Cretenses constitutione 1706. 4. Conspectum huius copiosae Disputationis (implet enim pl. 14) vid. in Nou. Lit. M. Balth. 1706. p. 110 sqq.

Das

Das Bilde eines Gott-gefälligen und redlichen Raths, bey Beerdigung Hrn. Henrich Schückmans, Hof-Raths und der Cantzeley Vice-Directoris aus Deut. IV. 51 vorgestellet. Rostoch. 1707. fol. Vid. cit. Nou. Lit. 1707. p. 5. sq.

Die Heymath der Gläubigen am Gnaden-Meer des Glorwürdigsten JEsu, bey Beerdigung Fr. Eleonora Dorothea, Freyherrin und General-Majorin von Meerheimen &c. fürgestellet. ibid. 1707. fol.

Disputatio Metaphysica Imaginis Descriptionem, eiusdemque in Essentialem & Accidentalem diuisionem contra Arnoldum ac Fanaticos succincte considerans. Rostoch. 1707. 4. Recensetur in Nou. Lit. M. B. 1707. 4. p. 262. sq.

Christus Resurgens Victor, causa Iobaeae Resurrectionis & Restitutionis, ex Iob. XIX. 25 sq. contra nouaturientem auctorem derer Auserlesenen Anmerckungen über allerhand wichtige Materien und Schrifften, & quidem contra Obseru. I. quartae Partis, in veritatis & solatii fundamentum. ib. 1707. 4. Vid. N. L. M. B. 1708. p. 4 sqq.

Hypallage explosa ex Historia Leprosi. Math. VIII, 3. ibid. 1708. 4. Leg. cit. Nou. Lit. 1708. p. 33 sq.

Einfältige Passions-Fragen, welche aus denen IV. Evangelisten ordentlich gezogen, und zum Grund des Kinder-Verhörs gewidmet seyn. ibid. 1708. 4.

Miraculum Murorum Hierichuntis cadentium contra Auctorem der Auserlesenen Anmerckungen über allerhand wichtige Materien und Schrifften, & quidem contra Obseru. VI Tom. IV. ibid 1708. 4. Conspectum dant N. L. M. B. 1708. p. 101. sq.

Christus

Christus ex Bibliis ὁμοούσιος *& eiusdem cum Patre essentiae.* ibid. 1708.

Intellectus Regenitorum debilitatibus nonpaucis aut parvis obnoxius. 1708. 4 Recensionem vide in Nou, Lit. Germ. 1709 p. 433 sq.

Sacramentum Altaris ipsis regenitis frequenter iterandum, quia datur in remissionem peccatorum. 1710. 4.

Abusus per Symbolicos Libros accusati, quorum adusque Aug. Comitia anni 1530 *a Pontificiis nec intenta, nec candide suscepta emendatio.* 1711. 4.

Ius Naturae omnibus congenitum ac insitum, cuius Nomen & Genus exhibet Dissertatio. 1711. 4.

Ius Naturae omnibus congenitum ac insitum ex natura & ratione apodictica demonstratione & a priori nec cognitum, nec deducendum. 1712. 4.

Ius Naturae omnibus congenitum ac insitum ex Sacra Scriptura apodictica ratione & a priori cognitum ac deducendum. 1712. 4.

Ius Naturae ad modum habitus omnibus congenitum atque sic insitum, vt nec infantibus, nec a partu surdis ac caecis id iuste denegetur. 1712. 4.

Sacramentum Altaris ipsis Regenitis frequenter iterandum, quia datur in recordationem mortis Christi. 1712. 4.

Formae Sacrae Coenae in Consecratione & cum eadem coniuncta sacramentali manducatione & bibitione 1713.

De Natura hominis aduersus Nouaturientes & Atheos. 1714. 4.

Gepflogene Correspondentz mit Hrn. L. C. Sturm vom

Heili-

Heiligen Abendmahl. Rost. 1714. 8. Vid. Relatt. Innox. 1714 p. 1029.

Fides & Authentia Librorum Noui Testamenti, aduersus mota quaedam Atheorum, in primis Bodini, dubia asserta & vindicata. ibid. 1715. 4.

Delineatio Curiae Papalis, quae Megalandrum nostrum ditionibus suis exterminauit. 1717. 4.

Designatio Dogmatum diuinorum, quae propter Curia Papalis Megalandrum nostrum ditionibus suis exterminauit. 1718. 4.

Primulae Veris Anni Iubilaei Roseti Rostochiensis, siue Dissertatio Historico-Theologica de Commercio peculiari sanctorum Dei virorum cum viris quibusdam exteris. 1719. 4.

Numen Spinozae in Refutationem Erroris Atheistici, quod Religio sit cogi conscia. 1719. 4.

Homo Spinozae in Refutationem Erroris Atheistici, quod Religio sit cogi conscia. 1719. 4.

Disputatio: An Absolutio Peccatorum exclusiue competat Ministris Ecclesiae? 1719. 4.

Collegium Theologicum XLIIX Disputationibus absolutum, praecipua fidei Lutheranae & orthodoxae capita ac potiores Controuersias Biblice asserens & examinans. Rostoch. 1719. 4.

IOACHIMVS WENDT.

Theologi huius, ob pietatem, candorem, zelum, grauitatem & dotes plane diuinas cum paucis, imo paucissimis, comparandi vitam ac merita descripsit Abrah. Hinckelmannus, cuius Επιτάφιος legitur in saepius laudati Goetzii Elogg. Theolog. p. 591-595. Natus est Rostochii an.

an. 1618 patre *Henrico Wendtio*, mercatore honestissimo, matre *Elisabetha Schultzia*, praeclarae virtutis femina. Didicit, post iacta prima litterum fundamenta in schola patria, tum in Athenaeo Revaliensi, tum in nostro Lubecensi, atque in primis adhaesit *Kirchmanno*, quamuis alios etiam doctores publicos non neglexerit. Continuauit studia Helmestadii, Rostochii ac Regiomonti ita, vt aptissimus euaderet ad munus sacrum obeundum. Delatum est hoc ipsi an. 1647. d. 9. Dec., quo die Lubecae Symmysta Aedis Cathedralis fuit electus. Accessit an. 1679. d. 10 Octobr. Pastoris dignitas, quam cum vita ipsa, laudatissime acta, an. 1684. d. 1; Nov. reliquit. Annos itaque 37 consumsit in sancto officio, & viginti quidem priores inseruiendo egenis in Ptochotrophio Annaeano (23), quod munus est coniunctum cum maximis molestiis, quas nostro dilicias fuisse, testatur Hinckelmannus, cui videntur defuisse verba, quibus laudes Wendianas satis exprimeret. *Profecto*, inquit l. c.

(23) Labore, quem in eo exantlavit, apte vsus aliquando est ad reprimendos iniusti cuiusdam ministrorum sacrorum censoris conatus. Rem enarrat Hinckelmannus l. c. p. 593 sq hoc modo: „Commodum hic mihi incidit in „mentem, quid ipsi in turbatore quodam Ecclesiae huius „olim vsu venerit. Deprehenderat censor ille ineptus „Wendium aegrotos suos visitantem, & multa de nae„vis Ecclesiae eiusdemque ministrorum in via deblatera„verat: ad quae Wendius nihil fere reponebat, sed ho„minem secum in Xenodochium ducebat. Vix ingressi „erant illud aegrotantium concilium, continuo homo emun-

p. 593. *si in vllo Christi ministro solida fuit pietas, & coelestis illa doctrina etiam Magistrorum animos ad sanctitatem haud parum reducit, in Wendtio exemplum vidistis, Ciues Lubecenses, adeo probitatis studioso, vt neminem facile a se dimitteret, quem non, quantum in se erat, meliorem faceret. Ardebat fide, lucebat vita, erantque verba eius tonitru, quia vita fulgur. Nemo hunc prauum quid, aut callidum designantem videbat: inimici ipsi, quos nullos nisi improbos habuit, fidem viri & candorem mirabantur: liberalitatem quis pauperum in hac vrbe non expertus est? cumque nullam Theologo dignam virtutem negligeret, tum omnes vna illustrauit maxime, assidua sanctaque muneris administratione.* pag. 594: *De doctrina viri quid dicam? Nihil ille lenociniis vtebatur, non ampullas loquebatur, aut grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelat: sed diuina diuinis verbis & sancto e pectore natis ita explanabat, vt simulacra & vestigia earum permotionum, quas Dei oracula in nobis solent effi-*

„emunctae naris se ex edibus proiicere, & foetorem mo-
„leste fere. Ibi scite noster: *Ente sanctum,* inquit *exi-*
„*guae patientiae! qui odore infirmorum Christi mem-*
„*brorum offenderis, & externam nostrae vitae speciem*
„*intueris, veras eius curas & onus ignorras, qui de emen-*
„*danda Ecclesia mnt a garris, nondum ad quotidia-*„*na eius*
„*ministeria ipse accomodatus.*

efficere, in Magistro suo auditores facile animaduerterent, quam eloquentiam ipsi Tullianae merito praetuleris. Quae omnia quoties in mentem reuoco, toties iacturam Ecclesiae serio deploro, quae Wendtii similem virum non statim inveniet; certe non nisi post decursum plurium annorum sperare poterit. Reliqua in laudem eius ab Hinckelmanno scripta non adduco. Adiicio tantum, quae in ipsius effigie, templum Cathedrale exornante, leguntur:

IOACHIMVS WENDT, Pastor dieser Gemeine, ist anno 1619 am 15 Iunii in Rostock gebohren, alhie aber A. 1647. am 9 Decemb. in das heilige Predigampt, und A. 1679. am 16. Octobr. zum Pastorat ordentlich beruffen. Nachdem er nun dem HErrn darin in die 37 Jahr treulich gedienet, ist er nicht ohne sonderbares Leidwesen seiner lieben Gemeine A. 1684. am 12 Septemb. Morgens um 6. Uhr durch IEsum entschlaffen.

CHRISTOPHORVS WENDT.

Vita huius viri de sacris bene meriti Germanicis verbis a viro admodum reu. & praeclariss. Herm. Blatzen, Archi-Diacono Cathedrali meritissimo, Latinis autem an. 1719. d. 25 April a me est descripta. Vtraque memoria vsus V. C.

Christian. Polycarp. Leporinus, Medicus Quedlinburgensis celeberrimus, qui Vitar. Erudítor. German. P. III. p. 242 sqq vitam nostri inseruit. Ex mea Memoria hic repeto, quod Noster, an. 1658. d. 19 Dec. Lubecae natus, patrem habuerit laudatum *Ioachimum Wendt*, matrem vero ornatissimam matronam *Christinam*, M. *Adami Helmsii*, sacri ordinis Lubecensis Senioris & Pastoris Petrini, ob merita insignia etiam post fata colendi, filiam. Adolescentulus prima litterarum rudimenta diligenter percepit in Schola Cathedrali, qua anno aetatis octauo relicta, Catharinianas nostras Musas salutauit, & auspiciis fidelissimorum praeceptorum *Tribbecbovii*, *Lippii* ac *Franckii* ea cepit incrementa, vt a Nottelmanno in coetum Gymnasticum sit adscriptus. Huic insertus, *Brüggii*, *Polzii*, *Lipenii*, *Nottelmanni* atque *Hinckelmanni* opera prudenter vsus est, & laudando valde instituto ante Academicum iter, quod anno aetatis vicesimo suscepit, publica dedit diligentiae specimina sermone libero pariter, ac metri legibus adstricto elaborata. Simili modo optime res suas egit Giessae, Argentorati (vbi pro rostris Academicis plus simplici vice vtilia excussit argumenta, in primis autem eruditam *Disputationem Theologicam de Obsignatione Fidelium interna ex Ephes. I, 13. 14* elaborauit, & sub praesidio Schmidii, in laudem Nostri eleganter ei praefati, egregie defendit) Basileae (vbi celeberrimo Philologo & litterarum orientis statori, *Io. Buxtorfio*, innotuit), Tubingae, Kilonii, necnon in praecipuis

Ger-

Germaniae ac Belgii vrbibus, quas non sine magna vtilitate inuisit. Mortuo parente an. 1685 d. 6 Maii Symmysta, an. 1705 m. Octobr. Pastor Cathedralis, & an. 1710 Ministerii Senior est declaratus. Patri, vt in multis aliis, ita in eo quoque similis, quod laborem magnum & valde molestum in Ptochotrophio Annaeano per totos viginti annos laeta mente exantlarit. Vitae an. 1719. d. 14 April. laudabiliter finem imposuit. Docent istud, praeter alia, haec Epitaphio ipsius inscripta verba:

Memoriae Viri admod. reuerendi, ampliss. ac praeclariss. DN. CHRISTOPHORI WENDTII, nati A. MDCLVIII. XIX Decemb. vocati ad Minister. MDCLXXXV. VI Maii. ad Pastoris dignitatem MDCCV. V Novemb. Senioris titulo ornati MDCCX. XV Maii. denati MDCCXIX. XIV April. moesti haeredes p. c.

Quem zeli feruor stimulat, pietatis & ardor
Incendit, flamma Numinis vsque calens,
Huc oculos flectat: Nam Wendtius omnia monstrat,
Quae pius Elias mente fouere potest.

AVGVSTVS IOACHIMVS WENDT.

Filius *Christophori Wendtii*, modo laudati, vale Athenaeo nostro dixit an. 1706. d. 25 Novembr. habita in Gymnastica panegyri *de vtilissima honestae Peregrinationis Iucunditate* Oratione,

ad quam B. Suantenius, honorifica nostri facta mentione, Auditores inuitauit. Reuersus, post finita studia Academica, in patriam, an. 1711. d. 12 Maii summe reu. *Goetzii*, Praesulis nostri, *Theologiam Aphoristicam de Ouibus Christi* in Colloquio Theologico ventilauit; sicut an. 1719. d. 9 Novembr., vocatus post beati Parentis obitum d. 2 Nov. Symmysta Cathedralis, eiusdem Goetzii *Eclogam Theologicam de Concionatoribus Gratiae* in solemni Presbyterii Lubecensis consessu defendit

IOANNES WESSEL.

Lubecensis, Lycei patrii doctores sedulo auscultare non neglexit. Adscriptus deinceps Musarum Rostochiensium filiis, an. 1713 m. Febr. *Franc. Alb. Aepini*, viri meritis in litterariam rempublicam, speciatim vero in Academiam Rostochiensem dudum inclyti, *Collegii Disputatorii Theses Morales Theologicas exhibentis Disputationem III* ventilationi exposuit. Patriae, confecto Academico curriculo, redditus, laudati saepius *Goetzii Dissertationem Theologicam, Effectus Fidei Magorum ex Matth. II. 1-12 elicientem* propugnauit. Vocatus vero d. 23 Nov. 1719 Symmysta Travemündanus, d. 30 Nov. eiusdem *Commentationem Historico-Theologicam de Ioanne Wesselo*, Groningensi, praesentibus reuerendis Presbyteris est tuitus. Edidit

Malachiam Enucleatum, in quo voces linguae sanctae ad normam Interpretis Clarissimi Danzii cum studio resoluuntur, sensus verborum iuxta praecepta Litera-

Literatoris eiusdem perspicue eruitur, cohaerentia vaticinii in Tabula quadam Homiletica exhibetur: cum praemissa breui quadam Introductione Historica. Lubec. 1719. 4. Scripto huic honorificas praemiserunt Epistolas G. H. Goetzius & Fr. Alb. Aepinus. Ipse auctor in Praefat. laudat praeceptores suos Io. Andr. Danzium & Herm. Christ. Engelkenium.

Disquisitionem Epistolicam de ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΔΕΥΤΕΡΟΓΑΜΩ, *seu de Nuptiis Secundis Episcopo lititis, occasione 1 Timoth. III. 2.* Lubec. 1719. 4.

HERMANNVS WESTHOF.

Lucem aspexit Lubecae an. 1635. d 16 Nov. patrem nactus *Hermannum Westhof*, Medicinae Doctorem & Poliatrum celeberrimum, matrem vero *Magdalenam Rodbartin*, Matronam ornatissimam. *Adulta iam aetate puer*, inquit Suantenius in eius Memor. apud Goetzium in Elogg. Theologor. p. 677, *solidiori traditus est commissusq; institutioni huius ludi literarii: inde a sexta per omnes eiusdem classes egregie procedens grata prosequebatur memoria priuatam clarissimi Conrectoris* Bangerti, *& praestantissimi Cantoris* Linckii *operam, discenti sibi accommodatam, vt in doctrina & morum exercitatione laudabiliter proficeret.* Vt studia bene coepta feliciter continuaret, an. 1656 adibat Giessam, euadebatque tam bonus atque industrius huius Academiae ciuis, vt quadruplici specimine publico inclaresceret. Sub praesidio enim Ebelii *de Anima Separata*, Siricii *de Intuitu Fidei in Electione*, Christiani *de Papatu, eiusque electio-*

ne vel fuga & Haberkornii *de Veritate Christiana e V. T. probata* non ſine laude diſputauit. Lipſiae deinceps ac Wittenbergae ſacrarum diſciplinarum doctores ita audiuit, vt litterae ipſius ſanctiores ex animi ſententia creuerint. Quare etiam patria eius operam ſibi libenter vindicabat. Conſtituebatur autem in ea an. 1671 m. Iun. Symmyſta Ioanneus, & an. 1691 d. 8 Octobr. Iacobaeus Paſtor. Vtrumque munus ea pietate ac religione adminiſtrauit, vt an. 1696 m. Dec. mortuus ingens ſui reliquerit deſiderium. Teſtatur quoque de eius fide ſequens Epitaphii inſcriptio:

HERMANNVS WESTHOF, Paſtor dieſer Gemeine, iſt alhie zu Lübeck gebohren A. 1635. den 16 Nov. Anfänglich iſt er A. 1671 den 29 Iunii zum Prediger an S. Iohannis erwehlet, und nachdem er daſelbſt biſs ins 21ſte Jahr dem Willen GOttes nach äuſſerſten Vermögen gedienet hatte, iſt er A. 1691. den 8 Octobr. durch einhellige Wahl zum Paſt. an S. Jacobs Kirche beruffen worden. Alſs er nun auch an dieſem Orte biſs ins 6 Jahr ſein Ampt redlich verwaltet, iſt er endlich A. 1696. am 15 Decemb. nicht ohne Leidweſen ſeiner lieben Gemeine in ſeinem Erlöſer ſelig entſchlaffen, da er ſein Leben auff 61 Jahr und 1 Monath gebracht hatte.

DAVID

DAVID HENRICVS WET-STEIN.

Lubecensis, publicum dedit auspiciis Suantenianis industriae specimen explicando pro rostris scholasticis d. 25 Octobr. an. 1688 *Septimii Severi* dictum: LABOREMVS. Laborauit autem per annos septem in Athenaeo nostro, & quatuor in Academiis Ienensi atque Kiloniensi ita, vt viam ad sacra munia feliciter sibi parauerit. Impetrauit enim an. 1701. d. 9 Nov. munus Archi-Diaconi, & an. 1703. d. 28 Sept Inspectoris ac Pastoris Burgensis in Insula Femariensi. Ob graues deinceps ipsi motas lites duriora fata expertus est, sperat tamen propediem meliora. Caussam suam ipse egit in duobus scriptis Germanicis, quorum inscriptiones, aliquam motuum horum notitiam suppeditantes, sunt:

Unterthänigste Vorstellung, worinn Ihro Bischoffl. Hochfürstl. Durchl. dem Hn. Administrator zu Schleswig-Holstein. &c. der Inspector Wetstein insonderheit eröffnet, wie er gäntzlich das Vertrauen habe, daß mit Ihro Königl. Hobeiten und dero Schreiben, so auff die von Burgermeister Krumfuß und Consorten wider Ihn nach Stockholm geschickte Klagen ergangen, Ihr. Hochfürstl. Durchl. allerdings einig; weil Dero eigenhändige Unterschrifft, daß er suspendiret, ja gar ab officio removiret werden sollen, niemahls von Gegenern hat können aufgewiesen werden: Solchem nach auch so wenig sich des bereden lasse, daß Ihro Durchl. Selbst wegen seiner gedruckten Schrifft, so von Ihr. Königl. Hobeiten in Contradictorio justificiret,

Ihm ungnädig, daß er vielmehr gestärcket werde in dem Vertrauen, es werden Dieselbe, wann beygebende Acta von Ihnen durchgelesen, nicht allein ebenfalls dis stattliche Zeugniß ihm ertheilen, daß auf seine Lehre, Leben und Wandel nichts mit Bestande angebracht werden können. &c. 1718. fol.

Allerunterthänigste Vorstellung an Ihr. Königl. Majestät zu Dennemarck, Norwegen &c. 1719. fol.

GERHARDVS WINTER.

Extat eius Memoria a B. Seb. Meiero scripta ap. Goetzium in Elogg. Theol. p. 274 sqq. Ex hac notamus, quod patre *Petro Wintero*, nauiculatore honestissimo, natus sit Lubecae an. 1589, didicerit in Gymnasio patrio, *Ottone Gualtperio* Rectore, Rostochii deinceps, Wittenbergae ac Tubingae (vbi Magistro titulo est insignitus) studiorum causa commoratus sit, multamque sibi acquisiverit doctrinam humaniorem aeque diuiniorem. Vnde etiam an. 1616 munia Rectoris Kiloniensis ei demandabantur, quae cum per triennium bene administrasset, an. 1619 in patria Symmysta Marianus & an. 1626 Pastor Iacobaeus rite eligebatur. Accedebat tandem dignitas Senioris. Ob munera haec praeclare gesta, virtutes item, fidem, ingenuitatem, industriam, & alias, a Meiero l. c. valde commendatur. Elogiis Meierianis addi possunt ea, quae in Epitaphii ipsius inscriptione deprehenduntur:

M. GERHARDUS WINTER, Senior
alhie zu Lübeck ist gebohren A. 1589.
nachgehends an. 1619 zum Prediger

an

an S. Marien, und darauff an. 1626 Pastor an S. Jacobs Kirche erwehlet worden. Starb an. 1661 am Sonntage Oculi, Morgens Klocke 8 in seinem Beichtstuhl, wie er ietzt nach der Cantzel gehen wollte.

Schau, Lehrer, dieses Bild, und laß dich fort berichten,
Daß dieser seelger Herr mit tausendfachen Früchten,
Hie Gottes Wort gelehrt bey zwey und viertzig Jahr,
Sein Leben Gott gefiel, und that, was Christlich war.
Er starb in seinem Ampt, und muste plötzlich kommen
In Gottes Freuden-Sahl, bey so viel tausend Frommen.
Nun, Leser, folg ihm nach, und rühme dieses frey,
Daß dieser werthe Mann sehr wohl gestorben sey.

Edidit

Sermonem de Tempore, Predigt wegen des Friedens zwischen dem Römischen Kayser und dem Könige in Dännemarck, über Psal. XLVI. 9-12. 1629. 8.

Iuramentum Iehovae e Zach. XXXIII. 10. 12. 1636. 4.

Concionem Funebr. ad Syr. II. 7.

Concionem Funebr. ex Es. XLIX. 11.

Praeparationem Mortis ex Gen. XXXII. 1-24.

Concionem Funebrem ex II. Timoth. IV. 6-8.

Conf. de his scriptis Goetzius l. c. pag. 283 sq.

FRANCISCUS WOERGER.

Patria Lubecensis, M. *Bernhardi Woergeri*, Symmystae Petrini an. 1647 defuncti filius, omnes Athenaei nostri classes transiit, &, quod me docuit Vir nobiliss. atque consultiss. D. Achill. Dan. Leopoldus (de quo eiusque meritis in harum

rum Athenarum Partis III Sect. I, ICtos laudatura, volente Numine agetur) acerrimus fuit Scholae publicae promachus, infensissimus autem scholarum vmbraticarum hostis. Patriae, post absoluta studia Academica, redditus, declaratus est an. 1673. d. 29 Iun. Templi suburbani Laurentio sacri Symmysta, quod munus ob intercedentes varias turbas an. 1692 B. *Ioanni Hessio* fuit traditum. Obiit noster, munere vacuus vitam agens in otio negotioso & libris scribendis consumto priuatam, an. 1708. m. Novembr. Reliquit numero haud exiguo scripta, de quibus quid iudicauerit V. C. Thomas Crenius, apparebit ex tribus, quas statim subiungam, litteris:

Reverendo, eximio & omni doctrina erudito viro
FRANCISCO WOERGERO
Thomas Crenius
S. D.

Si typographi favissent, jam olim exquisitioris eruditionis in publicum a Te libros emissos nostris inseruissemus Fascibus, quos, an videris, nescio. At illis mox hoc, mox illud causantibus ingratiis id huc usque differre coacti sumus, iique nostros, ut alias sæpe, in longum duxerunt amores. Ceterum quod putas, nostros prudentia forsan & humanitate typographos præstare vestros, in eo graviter erras, nam omnes eadem æque student, neque declinatum quidquam ab aliorum ingenio ullum reperies. In eodem omnes mihi videntur ludo docti ad malitiam, fraudes & movendas difficultates. Cotes patientiae nostræ, omniumque eos vocare soleo eruditorum. Nemo

unus

unus eruditus fuit, qui non ad querimoniam publicam excesserit. Ita mihi omnia contingant, ut litteræ tuæ cum gratissimis & optimis Tractatibus tuis maxima nuper voluptate adfecerunt. Inspexi hos, quo minus enim integros perlegere potuerim, variæ, quibus distineor, occupationes intercesserunt, valdeque dolet mihi, quod non statim ad edendum typographo tradere possim, cum supra invidiam doctrina & ingenii felicitate scandas, & in media contenebrantis ævi nocte, nova purpureaque scriptorum majestate fulgeas. Quoniam autem per hæc tempora id in præsentia non licet, proximam in occasionem intendam, ut eximiis tuis publicum fruatur. Profiteor Tibi atque polliceor eximium & singulare studium meum, si exspectare potes: sin, remittam. Porro scito, si tam pro Spinosa *scripsisses, quam contra illum, non defuturos Tibi bibliopolas: at nunc non item. Atheorum libri venduntur, qui DEI caussam agunt, contemnuntur. Multos, ait Seneca Epist. XCIII, inveni æquos adversus homines: adversus Deos neminem. Meo sane judicio, inter innumera hujus seculi mala, locum non postremum habet typographorum improbitas dicam, an impudentia, qui cum citra delectum cudant edantque omnia, unde spes est lucri, DEUM immortalem quantum incommodant rebus humanis. Nam fere pessimos quosque libellos, quia plurimos nanciscuntur emtores, orbi obtrudunt, quibus cum labefiat alicubi religio, obprimantur artes honestæ, litteræ & vera religio, sæviatur in bonos viros, publicaque tranquillitas perturbetur, quid fingi potest perniciosius? Sed valeant illi, ut merentur. Aliquoties Johanni Frider. Leopoldo vestro, ante annum hic agenti & ad me sæpius invisenti, auctor fui, Tua ut Actis insererent Balticis; miror quod dicto mihi non audientes*

dientes

dientes fuerint. Adfectum meum adhuc pressum munusculo nuper XI Animaduersionum nostrar. part. promsi, & liberrimo cultu ingenii doctrinæque Tuæ admirandas dotes veneratus fui. Forte DEUS dabit, ut aliquando Tibi prodesse possim. Jam vale & me, quod facis, ama. Lugduni Batav. A. D. III Nonas Sextil. M DCC III

Reverendo plurimum & erudito viro
FRANCISCO WOERGERO
Theologo Lubecensi
Thomas Crenius
S. P. D.

Quas d. XXII Augusti & Kalend. Septembr. anni superioris M DCC III ad me scripsisti, A. D. VIII Kalend. Quinctil. huius anni M D CC IIII cum Exercitatione *Tua* de Samsone, *indiceque librorum editorum a Te & edendorum accepi tandem per Niemannum, summum hic in Iure gradum petiturum. At* Pentateuchum Mosis a Spinosæ cavillis vindicatum *a Te, hodie demum e Tuis didici; eo ipso enim die, quo Tuæ mihi binæ simul exhibitæ litteræ, has exarare ad Te volui, ut aperirem, quanti Te & Tua faciam. Multos, fateor, amicos habeo: sed Te, singularem ob doctrinam & eximium ingenium, neminem cariorem. Quare & indignor, tam egregium eruditionis Tuæ monumentum typographis Amstelodamensibus, illud citra controversiam neglecturis & suppressuris, cessisse; periturum scilicet & nunquam edendum. Si sapis, & meo stare vis consilio, procul habita omni mora, scribe ad librarios, ut vel tibi remittant illud, vel ad me perferendum curent. Mecum enim isti hoc de negotio nihil communicaverunt. Si quid Tibi humanitus accideret,*

actum

actum sine dubio de isto foret. Sed tu videris. Fortasse vigilabit & elegans Filius tuus, quem Patris æmulum audio, eique propterea gratulor & plurimam salutem adscribo. Cetera tua nullus vidi, sicuti nec D. Hegnerum, quo se usum in perferendis nonnullis ad me, scribit officiosissimus Fabricius. Vos scietis, quid ipsi commiseritis, & ubi moretur. Eum, si opus esse videbitur, convenire potestis. Breui, si DEUS dederit, XII Animaduersionum nostrarum habebis partem; nec oblivi-scar, Meditationes nostras ad priora Mosis, quæ Lipsiæ a Carpzovio curantur, quam primum eas nactus fuero, transmittere. Scopus meus est, ne nescias, sic sensim procedere ad Leviticum; quem ut inlustraremus, jam olim etiam ab exteris rogati sumus. De ceteris alia occasione scribam. Nos sic satis valemus, Tibique omnia bona optamus. Vale. A. D. VIII. Kalend. Quinctil. MDCCIIII.

Reverendo plurimum & erudito viro
FRANCISCO WOERGERO
Thomas Crenius S. P. D.

Europa late diviso & disperso flagrante bello spes omnis eximios Tuos hic in publicum extrudendi labores decollat. Statim sub initium, quo eos accepi, nonnihil veritus sum a typographis nostris, ne facerent idem, quod vestri solent. Triennium est, & quod excurrit, ex quo Meditationes meæ Germanicæ in Christi passionem & sextum Davidis Psalmum apud Fridericum Knochium, se statim curaturum recipientem, prelum exspectant incassum. Bene mecum agi putabo, si manuscripti mei particeps factus ero. Ne autem Te detineam inani spe, melioribusque beneficiis bonum publicum fraudem, remitto tibi per Davidem Hottingerum, Tigurinum, celebris il-

lius

lius Reformati Theologi Joh. Henrici Hottingeri nepotem, ante annum ad me se conferentem elegantioribus obsequutum studiis suis, mihi gratissimos, utilissimos & optimos tuos libros, nempe Pentateuchum Mosis, Messiam patientem, Exercitationem de Aspide obturante aures, *item* super Marc. XIII. 32, Dissertationes de Indurato Pharaone, de Vitulo Aureo Aaronis, & de Christo Gallinae se comparante; *nam tot, neque plures, accepi. Doleo voluptatem meam malo fato impediri, nec auctor tibi sum, ut longa sive temporum, sive additionum exspectatione salutem & editionem eorum trahas; sunt enim iudicio meo dignissimi, qui procul omni mora habita in lucem proferantur. Tomum Animadversionum mearum XV, una cum Dissertatione nostra de Singularibus Scriptorum mitto iam, & ut boni consulas rogo. Exercitationes Tuas Helmestadii publicatas avide exspecto, non ignarus, quanto artificio maximam soleas eruditionis copiam parvis libellis comprehendere. Vale vir doctissime cum* Tuis. D. XVII Kal. Septemb. MDCCVI. Lugduno Batav.

Ita laudauit Crenius scripta Woergeriana. Horum nunc adiiciam plenum & accuratum catalogum. Sunt autem

I. Edita

Primitiae Dissertationum Sacrarum, quarum I. An David Rex horribili caede mactans Ammonitas enormiter peccarit. II. Quinam in tertio Iobi capite maledictores, diei atque Leviathan. Lubec. 4.

Triga Dissertationum Sacrarum 1. *de Signo Filii Hominis in Coelo.* 2. *de Haedis separandis ab Ouibus in iudicio.* 3. *de Mense nascentis Domini contra Bochartum.* Kilon. 1679. 4.

Conci-

Conciliatio S. Evang. Marci cum Iohanne, super horam, qua Cruci affixus est Dominus. Hamb. 4.

Hakeldama, sive Harmonia S. Matthaei cum Ieremia facilis atque expedita super Agrum Sanguinis. 4.

Exercitatio de Aspide obturante Aures coram incantatore, cap. I. Frustra esse omnes illos eruditos, qui aures obturare negant aspidem coram incantatore. II. Familiaritas daemonis cum impuris bestiis, praesertim serpentibus, adhuc amplius exponitur, & cur a Mose diabolus nominetur serpens. III. Non ergo ingenuina sua Psalmistae explicatione inanibus criticorum adhuc turbandos esse argutiis concionatores. Lub. 4.

Dissertatio de Rachele clanculum surripiente Teraphim Labano, cap. I. Quare in vocis Teraphim originem frustra inquirat docti, quamque difficile sit, idolorum eruere antiquitates, vbi & de cultu Teraphim, cuius loco iam substituitur a Pontificiis S. Maria. II. Vox Kainan apud Lucam c. 3. v. 36 obiter exponitur. III. Omnes illas, in quas huius furti inquirunt causas, haut pertingere ad scopum, & quam aegre, vbi vel leuiter admissa est idololatria, vicissim excutiatur. IV. Nec ipsam hic excusari posse Rahelem, & quam facile in exitium aeternum odiumve personale heterodoxorum ruant hypocritae. Ratzeburg. 4.

De Benedictione Sacerdotali Dissertatio. Helm. 1686. 4.

Exercitatio de Praesule Ephesio Apoc. II. 4. charitatem primam relinquente. Cap. I. Acerbitatem huius Epistolae vix assequi commentatores. II. Seuere nihilominus esse hyprocritis inculcandam. III. Nec aptius quicquam retundendis affectibus Theologorum vel explicari bodieque posse, vel repeti, Lubec. 4.

Obseruationum Liber Singularis, in quo ex Patribus Graecis & Latinis, Conciliis, Antiquariis, Theologis, Philologis, Historicis, varia delibantur, ad studiorum grauiorum ac deuotionis emolumentum. Lub. 1672. 8.

Dissertatio super Matth. XI. 21 versionem insolitam nupero anno 1685 recoctam: Vae tibi Regio Sin, *quam vocem hucusque omnes eruditi pro oppido* Chorazin *legerant, contra Cl. Virum D. I. D. M. II. an recte habeat ista versio, atque etiam toleranda; an vero vt inutilis ac noxia reiicienda sit.* 1686. 8. Opposita est haec Dissertatio verbis Maioris, quae in Epist. de Nummis Graece inscriptis p. 12 leguntur. Ibi enim proposuit sententiam, qua vocabulum Chorazin ab omnibus fere coniunctum lectum, diuellendum putat. Quae pro roboranda hac opinione habuit, attulit in *Iustis Doloribus, ad pleniorem informationem orbis eruditi & iudicium competentium, expressis, ob iniurias graues a Francisco Woergero, Lubecae in antemuralibus ad D. Laurentii animarum Pastore, sibi illatas in causa, an apud Matth. XI. 21 & Luc. X. 13 CHORAZIN, vel CHORA ZIN sit legendum?* Kil. 1686 4. Respondit Woergerus in *Vltimis Exequiis Regionis Sin, atque nouitatis fictae Graecorum accentuum, quas iam* Iustis *ipse it* Doloribus *D. Maior. h. e. Manifesta Demonstratione, Dn. Maiorem, Medicum Kiloniensem, nullam habuisse causam, in Pastorem orthodoxum, qui errores ipsius taxauerat publice, quosque deuictus ac prostratus publice retractat ipse,* con-

contra dissensum vener. Facult. Theol. ac si iniuriis affectus esset a Pastore, truculentis conuitiis debacchari. 1686. 8. Imo vero haec philologica controuersia tandem in actionem iniuriarum est commutata. Hinc duo Responsa Academica petita, quae typis exscripta hoc titulo: *Zweyer Juristischer Facultaeten auf der löblichen Academie Leipzig und Wittenberg Wohlgegründetes Bedencken wegen der im vorigen Jahr* 1686 *verwechselten Streit-Schrifften D. Maiors und Franc. Woergers. Als nemlich sub Lit. A. Woerg. Dissertatio de Vrbe Chorasin, lit. B. Maiors Iusti Dolores & sub lit. C. Woergers Vltimae Exequiae Regionis Sin. &c. Von einem Liebhaber der Wahrheit, dem solche geschriebene Copeyen zu Handen kommen, treulich nachgedruckt.* Horum Responsorum auctores sententiam Woergero magis, quam Maiori fauentem dixerunt.

Exercitatio Biblica de Samsone instructis ad incendium vulpibus agros comburente Philistaeorum. Lubec. 1699. 8.

Appendix ad Historiam Simsonianam, vbi de Maxilla Asini, qua percussi sunt mille Philistaei, quae restant, dubia ventilantur. ibid. 1699. 8.

Oedipus Sacer super Euangelica Dominic. & Festiualia; hoc est: Variorum locorum, quae quidem Interpretum hactenus industria magis obscurauit, planissime expositorum, Decas singularis. Accessit Apendicis loco Galat. III. 20. breuis enodatio. Lubec. 1675. 8. Loca exposita sunt Luc. XII. 37. Matth. XI. 3. Io. I. 21. Luc. II. 2. Matth. II. 17. 18. Matth. II. 15. Luc. XVI. 9. Luc. VII. 14. Matth. XXIV. 27. 28. XXV. 37. 44.

Psychologia Salomonis. Hamb. 1686. 12.

Historia Hamelensis contra Martinum Schoockium defensa Hamb. 12. Exitum puerorum Hamelensium fabulam dixit Schoockius: dixerunt alii: Noster vero iis calculum dat, qui veram esse historiam affirmant. Conf. Biblioth. Histor. Hamb. Cent. I. p. 119.

Vastatio Babylonis Assyriae, siue primae secundum Sodomae ac Gomorrhae omnium horribilissima. Multis Prophetarum, Isaiae cumprimis atque Ieremiae, locis explicandis accommodata & a tot, veterum non modo Graecorum atque Latinorum, verum etiam scriptorum Christianorum (qui paganorum hallucinationibus plerique omnes adhuc & ipsi sunt decepti) intolerandis obscurationibus vindicata. Hamb. 1685. 12.

Vastatio Sepulchri Dominici desperata plane ac irreparabilis Multipartitis monachorum superstitionibus atque imposturis non solum detegendis, sed & aliis perquam necessariis, profanis aeque ac sacris, historiis dilucidandis adaptata. Lubec. 1688. 12.

Dissertatio de Auibus Salomonis, secretorum delatoribus. Ratzeb. 1686. 12.

De Fontibus Salomonis Hortos irrigantibus Disquisitio. Hamb. 1685. 12.

Symbolae Theologicae & Historicae ad Exercitationes Academicas Clariss. Viri Dn. Iacobi Gronovii de Iuda Proditore. Lubec. 1688. 12.

De submergendo Capite scandalizantis cum lapide molari Exercitatio. Lubec. 1688. 12.

Detectio Fraudis, qua pleraeque omnes, quibus hodierni Loiolitae ad suas partes solicitant orthodoxos, reuelan-

lantur atq; confodiuntur artes, ad R. P. Hieronymum Mülman, e Soc. IEsu, super istius librum, cui titulum fecerat Mysterium Fraudis. Hafn. 1666. 12. Libelli huius ea, qua par est, ratione fecit mentionem summe reuerend. Goetzius in Bibliothec. Anti-Pontif. Presbyt. Lubec. p. 51.

Die auch im Tode schützende Hand GOttes, über die Seelen seiner Gläubigen, ex Sap. III. 1-3, bey der Begräbniss Fr. *Cæcilia von Wickeden*, gebohrner *von Höveln*. Lub. 1676. fol.

Der Gerechten Eingang zu ihrer Ruhe, aus Sap. IV. 7-11, welchen *Jo. Casp. Rodde* I. V. L. vollenbracht. Ratzeb. 1691. 4.

Der Christen Leben im Sterben ex Phil. I. 21.

Erklärung des Fest-Textes am Tage S. Laurentii Io. XII. 24. Lub. 1704. 4.

Geistlicher Blumen-Thal über allerhand Sprüche aus H. Göttlicher Schrifft, in sonderbahren Predigten. Erster und ander Theil. Francf. 1678. 4.

Jacobi Götten Spaar-Stunden zweiter Theil *herausgegeben*. Lubeck. 1671. 12. Conf. Athen. P. I. p. 319.

Babylonisches Vorwerck der geschmückten Greuel. Unter dem Titul: *von der Unfehlbarkeit des Pabstes, darauff seine Leibeigene anitzt einig trotzen, Historischer Weise auß ihren eigenen Büchern kürtzlich aufgedeckt.* Flensb. 1672. 12.

Der Todten Weck-Uhr, auff einem Grab-Stein zu Hamburg in St. Jacobs Kirchen weiland auffgestellet, und anitzo der letzten üppigen Welt mit 6 Symbolischen Betrachtungen vorgestellet. Sampt einem Beschluß, welcher mit 6 Abtheilungen darthut, daß eben solches Weck-Uhr schon längst wieder die Gewaltige durch

den H.*Geist selbst also eingerichtet im* 40 *Cap. Esaiae.* Lub. 1672. 12.

Des Teuffels Weib-Quast und Schminck-Kessel wieder die Stoltzen. Copenhag. 1673. 12.

Heil und Geleits-Thurm im Wege der Ottern und Drachen, aus Joh. Eusebii Nierembergii zween Büchern von Liebe der Feinde verteutschet. Lubeck. 1673. 12.

II. Inedita & ad prelum parata

De Aduentante Messia in Regno suo.

De Vitulo Aaronis.

De Uxore Lothi in statuam salis versa.

De Bethsemitis apud arcam Domini prostratis.

De Pueris Bethelensibus coram Elisa dilaniatis.

De Signo Prophetae Ionae.

De Pisce, in quo sepultus Ionas.

De Sanctis, qui cum Christo resurgente & ipsi sunt suscitati.

Num Papa Romanus sit hostis crucis?

De Enocho, Elia, atque Paulo in coelum raptis.

De Gloria Saluatoris transfigurati in monte.

De Corvis panes & carnes afferentibus Eliae & Potu eius e Torrente Crith, seu Carith.

De Iacobo luctante cum Filio Dei.

De Statere inuento in ore piscis, quo didrachmum persolvit Petrus.

De S. Iohanne strenue illibatum honorem virginis sanctae Mariae tutante, sibi a Domino commendatae.

De Messia non rapinam arbitrante, esse aequalem Deo.

Pentateuchus Mosis a friuolis Spinosae cavillis vindicatus.

De Responso Christi: Si eum volo manere &c. Ioh. XXI. 22.

Con-

Concio Symbolica in Gen. XXII. 8: Dominus providebit.

Appendix ad Dissertationem de Signo Filii Hominis in Coelo. Cur Filius DEi se ignorare dixerit tempus atque horam extremi Iudicii. Marc. XIII. 32.

De Connubio Hoseae cum meretrice.

Messias Patiens e vaticinio Iacobi Gen. XLIX. 11. 12, *post tot sinistras interpretum aberrationes Christianis pariter ac Iudaeis propositus.*

Appendix ad Dissertationem de Benedictione Sacerdotali. De Benedictionibus posterorum Iacobi e Gen. XLIX., eas esse mere spirituales.

Oedipi Sacri Pars altera.

De indurato ad tot miracula Pharaone, & quam praepostero ausu ex illius casu hodieque malevolentiam quandam supremo Numini adscribant nonnulli.

De Salvatore nostro IEsu Christo Gallinae se comparante, quae fovet sub alis pullos suos; contra Atheos Ecclesiam in diaboli atque mortis regione protegi ac servari inficiantes.

Des Geistlichen Blumen-Thals dritter, vierter und fünffter Theil. Indices contentorum huius vasti operis an. 1693. & 1694. 4. prodierunt.

Relaxationum Historico-Politicarum Libri duo, quibus iucundos pariter ac utiles Michaelis Piccarti in hoc studio labores e recentioribus potissimum auctoribus continuauit. Lemmata capitum 80 (quiuis enim Liber habet capita 40) iam an. 1693. 4. sunt edita.

Die Aufferstehung des Fleisches wider die Ungläubige und Heuchler dieser letzten Zeit ausführlich bewiesen, und mit kräfftigen Gründen dargethan. Extat huius Libri sciagraphia.

Die befreiete Heimath der seelig sterbenden aus 2. Cor. V. 1--10, sampt einigen dahin zielenden andern Predigten.

Die umgekehrte Welt, und was sie bald für ein Gericht von GOtt zu erwarten habe.

Pauli Vorbereitung zum Todes-Kampff aus Phil. III. 7--16, dabey gleiche Predigten angehängt.

Pauli muthiger Todes-Kampff aus 2. Timoth. I. 12. IV. 6. 7. 8. &c.

Pauli Siechen Wecker und Krancken Stärcker in 10. *Betrachtungen und Beschluß aus verschiedenen Oertern Heil. Schrifft.*

Historische Frühlings-Wiesen allerhand anmuhtiger und nützlicher Erzehlungen, was die sonderbahre Regierung GOttes, die Wunder der Natur, und die seltsame Begebenheiten in der Welt anlangt; so wol aus alten, als

als (doch meiſtentheils) den allerneueſten Scribenten zuſammen getragen, und in gewiſſe Capitel geordnet. Nouem huius magnae molis libri, alphabeta 9 implentis, plagulae Norimbergae typis ſunt exſcriptae. Morte autem Hoffmanni, bibliopolae ſumtus ſuppeditantis, impedita fuit huius operis edendi continuatio.

Scripta Woergeri haud pauca paſſim in Nouis Litterariis Maris Balthici citantur. Vid. an. MDCXCVIII. p. 45 ſq. MDCXCIX. p. 159. 248. MDCC. p. 189. 286. M DCC II. p. 27. 56. 88. 120. 184. 216. 279. 310. M DCC VII. p. 127. 224. 351.

BERNHARDVS WOERGER.

Franciſci filius, a doctoribus patriae publicis *Suantenio, Lipenio, Pagendarmio, Wida* & aliis rite formatus, cuius vita breuiter conſignata legitur in Nou. Lit. Mar. Balth. 1705. p. 191 ſq. Hodie fungitur munere Paſtoris in Holſatia Schönbergenſis, moliturque operum partis ἀνεκδότων editionem, quam nihil impediet, ſi, qui velint ſumtus dare, reperiantur.

IOANNES ZEIDLER.

Honor nouisſimus exequialis ei a Filiis praeſtitus, vitam huius viri optime meriti prolixe enarrat. Legitur autem hoc ſcriptum apud celeberr. Goetzium in Elogg. Theolog. p. 341-358. Nos inde pauca hic exhibemus. Editus eſt Zeidlerus in lucem Lubecae an. 1591, patrem adeptus *Adamum Zeidlerum*, Medicinae Docto-

rem & Practicum: matrem *Christinam Bremeriam*. Fuit in Schola nostra discipulus ingenuus ac diligens *Henr. Arnoldi, And. Wedemanni, Ioan. Sesemanni, Ioach. Drenckhanii, Ottonis Gualtperii.* Tirocinia Academica posuit Rostochii, *Kirchmanni* inprimis fide egregie adiutus. Perlustratis deinceps, socio itineris *Io. Cluuero*, praeclari nominis Theologo, Germania, Polonia, Belgio, Anglia & Gallia, studiorum perficiendorum ergo Wittenbergam contendit. Hic autem multis diligentiae litteris sacris impensae speciminibus inclauit. Disputauit enim sub praesidio *Iac. Martini de Perfectione S. Scripturae & Traditionibus ac de Messia: Wolfg. Franzii de Ministerio Ecclesiastico: Nicol. Hunnii de Lapsu primi hominis & Balth. Meisneri de Coena Domini.* Sanctiori itaque disciplina egregie instructus an. 1621. d. 16 Nou. Ecclesiae patriae Aegidianae Symmysta & an. 1649. d. 29 Nov. Pastor eligebatur. Laus eius retinetur non solum posito a Filiis monumento, supra adducto, verum etiam Epitaphii inscriptione:

> Viro pl. Reverendo, Clarissimo, Dn. M JOHANNI ZEIDLERO, Lubecensi, Pastori ad Aedem D. Aegidii vigilantissimo, marito carissimo, patri pientissimo, monumentum hoc posuerunt vxor liberique. Vixit annos LXX menses III. hebdomadas II. docuit per XL fere annos. Obiit anno

a nato


a nato Christo clↄ Iↄc LXI. menſ.
Octob. die XXVI.

Quem cernis, Lector, tenui ſub imagine pictum,
ZEIDLERVS patria Paſtor in vrbe fuit.
Pictor ei faciem pinxit, quae mentis imago,
Quae fuerat pietas, pingere non potuit.
Pictor at ipſe ſui fuit ore ac munere vitae
Mentibus inque hominum pulcrior inde nitet.

IOANNES ZEIDLER.

Natus eſt Gnoiae in regione Mecklenburgica, patre *Io. Zeidlero*, Lubecenſi, *Ioannis Zeidleri*, laudati, filio, qui haud dubie etiam Athenaei noſtri fuit alumnus. Lubecae ſtudio *Hinckelmanni*, *Lipenii* & aliorum ita eſt formatus, vt Roſtochienſem Academiam potuerit magno cum fructu adire. Vixit etiam litterarum augendarum cauſa Wittenbergae, quae illi, cum publica nonnulla ſpecimina dediſſet *Theod. ab Eſſen* praeſide *de diſtingui non diſtinctorum*: *Ioan. Deutſchmanno* praeſide *de ὑποτυπώσει ὑγιαινόντων λόγων* & *Conſeruatione Creaturarum* diſputando, gradum Magiſtri conceſſit. Alios deinceps docuit primum Lipſiae, poſtea Roſtochii, vbi an. 1669 in ordinem ſanctiorem eſt cooptatus, & miniſtris ſacris Petrinis adſcriptus. Vid. de vita & laudibus huius Zeidleri B. Hebichhorſtii Roſtoch. Liter. p. 351 ſq. Nou. Lit. Mar. Balth. 1703. p. 27. ſq.

S. D. G.



Emendanda nonnulla.

Pag. 6. lin. 1 pro *tamen* leg. *talem*. p. 12 l. 13 *hinc* l. *hic* p. 13 l. 8 *Equitum* l. *Equitem*. p. 33 l. 5 *elegantia* l. *elegantiae*. p. 78 l. 24 *Praesuli* l. *Praesule*. p. 111 l. 8 *nullus* l. *nullas*. p. 153 l. 14 *pertratactum* l. *pertractatum*. p. 172 l. 12 *Giessensae* l. *Giessenae*. p. 208 l. 19 *consissus* l. *consisus*. p. 213 l. 30 *doctrinum* l. *doctrinam*. p. 228 l. 2 *ob* l. *ab*. p. 229 l. 3 *Cartesiii* l. *Cartesii*. p. 252 l. 22 *Eclesiastes* l. *Ecclesiastes*. p. 268 l. 8 *cemmentatos* l. *commentatos*. p. 298 l. 28 *patrum* l. *patrem*. p. 313 l. 6 *Ascaninus* l. *Ascanius* p. 314 l. 7 del. *nul.* p. 320 l. 11 *Marianam* l. *Marianum*. p. 328 l. 7 *ẽsquae* l. *ẽsque*. l. 11 *filiiis* l. *filiis*. p. 335 l. 28 *notisſimo* l. *notisſimo*. p. 339 l. 9 *commilitionibus* l. *commilitonibus*. p. 343 l. 17 *Academica* l. *Academia*. p. 348 l. 5 post *calamo* add. *zelo*. p. 351 l. 27 *Anmaci* l. *Annaei*. Haec oculo fugitiuo adnimadverti. Reliqua, quae temporis angustia obseruare non permisit, humanisſimus Lector pro beneuolentia sua emendabit.



Obseruationum Liber Singularis, in quo ex Patribus Graecis & Latinis, Conciliis, Antiquariis, Theologis, Philologis, Historicis, varia delibantur, ad studiorum grauiorum ac deuotionis emolumentum. Lub. 1672. 8.

Dissertatio super Matth. XI. 21 versionem insolitam nupero anno 1685 recoctam: Vae tibi Regio Sin, quam vocem hucusque omnes eruditi pro oppido Chorazin legerant, contra Cl. Virum D. I. D. M. U. an recte habeat ista versio, atque etiam toleranda; an vero vt inutilis ac noxia reiicienda sit. 1686. 8. Opposita est haec Dissertatio verbis Maioris, quae in Epist. de Nummis Graece inscriptis p. 12 leguntur. Ibi enim proposuit sententiam, qua vocabulum Chorazin ab omnibus fere coniunctum lectum, diuellendum putat. Quae pro roboranda hac opinione habuit, attulit in *Iustis Doloribus, ad pleniorem informationem orbis eruditi & iudicium competentium, expressis, ob iniurias graves a Francisco Woergero, Lubecae in antemuralibus ad D. Laurentii animarum Pastore, sibi illatas in causa, an apud Matth. XI. 21 & Luc. X, 13 CHORAZIN, vel CHORA ZIN sit legendum?* Kil. 1686 4. Respondit Woergerus in *Vltimis Exequiis Regionis Sin, atque nouitatis fictae Graecorum accentuum, quas iam Iustis ipse it Doloribus D. Maior. h. e. Manifesta Demonstratione, Dn. Maiorem, Medicum Kiloniensem, nullam habuisse causam, in Pastorem orthodoxum, qui errores ipsius taxaverat publice, quosque deuictus ac prostratus publice retractat ipse,* con-

contra dissensum vener. Facult. Theol. ac si iniuriis affectus esset a Pastore, truculentis conuitiis debacchari. 1686. 8. Imo vero haec philologica controuersia tandem in actionem iniuriarum est commutata. Hinc duo Responsa Academica petita, quae typis exscripta hoc titulo: *Zweyer Juristischer Facultaeten auf der löblichen Academie Leipzig und Wittenberg Wohlgegründetes Bedencken wegen der im vorigen Jahr* 1686 *verwechselten Streit-Schrifften D. Maiors und Franc. Woergers. Als nemlich sub Lit. A. Woerg. Dissertatio de Vrbe Chorasin, lit. B. Maiors Iusti Dolores & sub lit. C. Woergers Vltimae Exequiae Regionis Sin. &c. Von einem Liebhaber der Wahrheit, dem solche geschriebene Copeyen zu Handen kommen, treulich nachgedruckt.* Horum Responsorum auctores sententiam Woergero magis, quam Maiori fauentem dixerunt.

Exercitatio Biblica de Samsone instructis ad incendium vulpibus agros comburente Philistaeorum. Lubec. 1699. 8.

Appendix ad Historiam Simsonianam, vbi de Maxilla Asini, qua percussi sunt mille Philistaei, quae restant, dubia ventilantur. ibid. 1699. 8.

Oedipus Sacer super Euangelica Dominic. & Festiualia; hoc est: Variorum locorum, quae quidem Interpretum hactenus industria magis obscurauit, planissime expositorum, Decas singularis. Accessit Apendicis loco Galat. III. 20. breuis enodatio. Lubec. 1675. 8. Loca exposita sunt Luc. XII. 37. Matth. XI. 3. Io. I. 21. Luc. II. 2. Matth. II. 17. 18. Matth. II. 15. Luc. XVI. 9. Luc. VII. 14. Matth. XXIV. 27. 28. XXV. 37. 44.

Psychologia Salomonis. Hamb. 1686. 12.

Historia Hamelensis contra Martinum Schoockium defensa Hamb. 12. Exitum puerorum Hamelensium fabulam dixit Schoockius: dixerunt alii. Noster vero iis calculum dat, qui veram esse historiam affirmant. Conf. Biblioth. Histor. Hamb. Cent. I. p. 119.

Vastatio Babylonis Assyriae, siue primae secundum Sodomae ac Gomorrhae omnium horribilissima. Multis Prophetarum, Isaiae cumprimis atque Ieremiae, locis explicandis accommodata & a tot, veterum non modo Graecorum atque Latinorum, verum etiam scriptorum Christianorum (qui paganorum hallucinationibus plerique omnes adhuc & ipsi sunt decepti) intolerandis obscurationibus vindicata. Hamb. 1685. 12.

Vastatio Sepulchri Dominici desperata plane ac irreparabilis Multipartitis monachorum superstitionibus atq; imposturis non solum detegendis, sed & aliis perquam necessariis, profanis aeque ac sacris, historiis dilucidandis adaptata Lubec. 1688. 12.

Dissertatio de Auibus Salomonis, secretorum delatoribus. Ratzeb. 1686. 12.

De Fontibus Salomonis Hortos irrigantibus Disquisitio. Hamb. 1685. 12.

Symbolae Theologicae & Historicae ad Exercitationes Academicas Clariss. Viri Dn. Iacobi Gronovii de Iuda Proditore. Lubec. 1688. 12.

De submergendo Capite scandalizantis cum lapide molari Exercitatio. Lubec. 1688. 12.

Detectio Fraudis, qua pleraeq; omnes, quibus hodierni Loiolitae ad suas partes solicitant orthodoxos, reuelan-

lantur atq; confodiuntur artes, ad R. P. Hieronymum Mûlman, e Soc. IEsu, super istius librum, cui titulum fecerat Mysterium Fraudis. Hafn. 1666. 12. Libelli huius ea, qua par est, ratione fecit mentionem summe reuerend Goetzius in Bibliothec. Anti-Pontif. Presbyt. Lubec. p. 51.

Die auch im Tode schützende Hand GOttes, über die Seelen seiner Gläubigen, ex Sap. III. 1-3, bey der Begräbniss Fr. *Cæcilia von Wickeden*, gebohrner *von Hôveln*. Lub. 1676. fol.

Der Gerechten Eingang zu ihrer Ruhe, aus Sap. IV. 7-11, welchen *Jo. Casp. Rodde* I. V. L. vollenbracht. Ratzeb. 1691. 4.

Der Christen Leben im Sterben ex Phil. I. 21.

Erklärung des Fest-Textes am Tage S. Laurentii Io. XII. 24. Lub. 1704. 4.

Geistlicher Blumen-Thal über allerhand Sprüche aus H. Göttlicher Schrifft, in sonderbahren Predigten. Erster und ander Theil. Francf. 1678. 4.

Jacobi Gôtten Spaar-Stunden zweiter Theil *herausgegeben*. Lubeck. 1671. 12. Conf. Athen. P. I. p. 319.

Babylonisches Vorwerck der geschmückten Greuel. Unter dem Titul: *von der Unfehlbarkeit des Pabstes, darauff seine Leibeigene anitzt einig trotzen, Historischer Weise auß ihren eigenen Büchern kürtzlich aufgedeckt.* Flensb. 1672. 12.

Der Todten Weck-Uhr, auff einem Grab-Stein zu Hamburg in St. Jacobs Kirchen weiland auffgestellet, und anitzo der letzten üppigen Welt mit 6 Symbolischen Betrachtungen vorgestellet. Sampt einem Beschluß, welcher mit 6 Abtheilungen darthut, daß eben solches Weck-Uhr schon längst wieder die Gewaltige durch

den H.*Geist selbst also eingerichtet im* 40 *Cap. Esaiae.* Lub. 1672. 12.

Des Teuffels Weib-Quast und Schminck-Kessel wieder die Stoltzen. Copenhag. 1673. 12.

Heil und Geleits-Thurm im Wege der Ottern und Drachen, aus Joh. Eusebii Nierembergii zween Büchern von Liebe der Feinde verteutschet. Lubeck. 1673. 12.

II. Inedita & ad prelum parata

De Aduentante Messia in Regno suo.

De Vitulo Aaronis.

De Uxore Lothi in statuam salis versa.

De Bethsemitis apud arcam Domini prostratis.

De Pueris Bethelensibus coram Elisa dilaniatis.

De Signo Prophetae Ionae.

De Pisce, in quo sepultus Ionas.

De Sanctis, qui cum Christo resurgente & ipsi sunt suscitati.

Num Papa Romanus sit hostis crucis?

De Enocho, Elia, atque Paulo in coelum raptis.

De Gloria Saluatoris transfigurati in monte.

De Corvis panes & carnes afferentibus Eliae & Potu eius e Torrente Crith, seu Carith.

De Iacobo luctante cum Filio Dei.

De Statere inuento in ore piscis, quo didrachmum persolvit Petrus.

De S. Iohanne strenue illibatum honorem virginis sanctae Mariae tutante, sibi a Domino commendatae.

De Messia non rapinam arbitrante, esse aequalem Deo.

Pentateuchus Mosis a friuolis Spinosae cavillis vindicatus.

De Responso Christi: Si eum volo manere &c. Ioh. XXI. 22.

Con-

Concio Symbolica in Gen. XXII. 8: Dominus providebit.

Appendix ad Dissertationem de Signo Filii Hominis in Coelo. Cur Filius DEi se ignorare dixerit tempus atque horam extremi Iudicii. Marc. XIII. 32.

De Connubio Hoseae cum meretrice.

Messias Patiens e vaticinio Iacobi Gen. XLIX. II. 12, post tot sinistras interpretum aberrationes Christianis pariter ac Iudaeis propositus.

Appendix ad Dissertationem de Benedictione Sacerdotali. De Benedictionibus posterorum Iacobi e Gen. XLIX., eas esse mere spirituales.

Oedipi Sacri Pars altera.

De indurato ad tot miracula Pharaone, & quam praepostero ausu ex illius casu hodieque malenolentiam quandam supremo Numini adscribant nonnulli.

De Saluatore nostro IEsu Christo Gallinae se comparante, quae fouet sub alis pullos suos; contra Atheos Ecclesiam in diaboli atque mortis regione protegi ac servari inficiantes.

Des Geistlichen Blumen-Thals dritter, vierter und fünffter Theil. Indices contentorum huius vasti operis an. 1693. & 1694. 4. prodierunt.

Relaxationum Historico-Politicarum Libri duo, quibus iucundos pariter ac utiles Michaelis Piccarti in hoc studio labores e recentioribus potissimum auctoribus continuavit. Lemmata capitum 80 (quiuis enim Liber habet capita 40) iam an. 1693. 4. sunt edita.

Die Aufferstehung des Fleisches wider die Ungläubige und Heuchler dieser letzten Zeit ausführlich bewiesen, und mit kräfftigen Gründen dargethan. Extat huius Libri sciagraphia.

Die befreiete Heimath der seelig sterbenden aus 2. Cor. V. 1--10, sampt einigen dahin zielenden andern Predigten.

Die umgekehrte Welt, und was sie bald für ein Gericht von GOtt zu erwarten habe.

Pauli Vorbereitung zum Todes-Kampff aus Phil. III. 7--16, dabey gleiche Predigten angehängt.

Pauli muthiger Todes-Kampff aus 2. Timoth. I. 12. IV. 6. 7. 8. &c.

Pauli Siechen Wecker und Krancken Stärcker in 10. Betrachtungen und Beschluß aus verschiedenen Oertern Heil. Schrifft.

Historische Frühlings-Wiesen allerhand anmuhtiger und nützlicher Erzehlungen, was die sonderbahre Regierung GOttes, die Wunder der Natur, und die seltsame Begebenheiten in der Welt anlangt; so wol aus alten,

als

als (doch meistentheils) den allerneuesten Scribenten zusammen getragen, und in gewisse Capitel geordnet. Nouem huius magnae molis libri, alphabeta 9 implentis, plagulae Norimbergae typis sunt exscriptae. Morte autem Hoffmanni, bibliopolae sumtus suppeditantis, impedita fuit huius operis edendi continuatio.

Scripta Woergeri haud pauca passim in Nouis Litterariis Maris Balthici citantur. Vid. an. MDCXCVIII. p. 45 sq. MDCXCIX. p. 159. 248. MDCC. p. 189. 286. MDCCII. p. 27. 56. 88. 120. 184. 216. 279. 310. MDCCVII. p. 127. 224. 351.

BERNHARDVS WOERGER.

Francisci filius, a doctoribus patriae publicis *Suantenio, Lipenio, Pagendarmio, Wida* & aliis rite formatus, cuius vita breuiter consignata legitur in Nou. Lit. Mar. Balth. 1705. p. 191 sq. Hodie fungitur munere Pastoris in Holsatia Schönbergensis, moliturque operum partis ἀνεκδότων editionem, quam nihil impediet, si, qui velint sumtus dare, reperiantur.

IOANNES ZEIDLER.

Honor nouissimus exequialis ei a Filiis praestitus, vitam huius viri optime meriti prolixe enarrat. Legitur autem hoc scriptum apud celeberr. Goetzium in Elogg. Theolog. p. 341-358. Nos inde pauca hic exhibemus. Editus est Zeidlerus in lucem Lubecae an. 1591, patrem adeptus *Adamum Zeidlerum*, Medicinae Docto-

rem & Practicum: matrem *Christinam Bremeriam.* Fuit in Schola nostra discipulus ingenuus ac diligens *Henr. Arnoldi, And. Wedemanni, Ioan. Sesemanni, Ioach. Drenckhanii, Ottonis Gualtperii.* Tirocinia Academica posuit Rostochii, *Kirchmanni* in primis fide egregie adiutus. Perlustratis deinceps, socio itineris *Io. Cluuero,* praeclari nominis Theologo, Germania, Polonia, Belgio, Anglia & Gallia, studiorum perficiendorum ergo Witenbergam contendit. Hic autem multis diligentiae litteris sacris impensae speciminibus inclauit. Disputauit enim sub praesidio *Iac. Martini de Perfectione S. Scripturae & Traditionibus ac de Messia: Wolfg. Franzii de Ministerio Ecclesiastico: Nicol. Hunnii de Lapsu primi hominis & Balth. Meisneri de Coena Domini.* Sanctiori itaque disciplina egregie instructus an. 1621. d. 16 Nou. Ecclesiae patriae Aegidianae Symmysta & an. 1649. d. 29 Nov. Pastor eligebatur. Laus eius retinetur non solum posito a Filiis monumento, supra adducto, verum etiam Epitaphii inscriptione:

Viro pl. Reverendo, Clarissimo, Dn. M JOHANNI ZEIDLERO, Lubecensi, Pastori ad Aedem D. Aegidii vigilantissimo, marito carissimo, patri pientissimo, monumentum hoc posuerunt vxor liberique. Vixit annos LXX menses III. hebdomadas II. docuit per XL fere annos. Obiit anno

a nato


a nato Christo cIↄ Iↄ c LXI. mens.
Octob. die XXVI.

Quem cernis, Lector, tenui sub imagine pictum,
ZEIDLERVS patria Pastor in vrbe fuit.
Pictor ei faciem pinxit, quae mentis imago,
Quae fuerat pietas, pingere non potuit.
Pictor at ipse sui fuit ore ac munere vitae
Mentibus inque hominum pulcrior inde nitet.

IOANNES ZEIDLER.

Natus est Gnoiae in regione Mecklenburgica, patre *Io. Zeidlero*, Lubecensi, *Ioannis Zeidleri*, laudati, filio, qui haud dubie etiam Athenaei nostri fuit alumnus. Lubecae studio *Hinckelmanni*, *Lipenii* & aliorum ita est formatus, vt Rostochiensem Academiam potuerit magno cum fructu adire. Vixit etiam litterarum augendarum caussa Wittenbergae, quae illi, cum publica nonnulla specimina dedisset *Theod. ab Essen* praeside *de distingui non distinctorum*: *Ioan. Deutschmanno* praeside *de ὑποτυπώσει ὑγιαινόντων λόγων* & *Conseruatione Creaturarum* disputando, gradum Magistri concessit. Alios deinceps docuit primum Lipsiae, postea Rostochii, vbi an. 1669 in ordinem sanctiorem est cooptatus, & ministris sacris Petrinis adscriptus. Vid. de vita & laudibus huius Zeidleri B. Hebichhorstii Rostoch. Liter. p. 351 sq. Nou. Lit. Mar. Balth. 1703. p. 27. sq.

S. D. G.



Emendanda nonnulla.

Pag. 6. lin. 1 pro *tamen* leg. *talem.* p. 12 l. 13 *hinc* l. *hic* p. 13 l. 8 *Equitum* l. *Equitem.* p. 33 l. 5 *elegantia* l. *elegantiae.* p. 78 l. 24 *Praesuli* l. *Praesule.* p. 111 l. 8 *nullus* l. *nullas.* p. 153 l. 14 *pertratactum* l. *pertractatum.* p. 172 l. 12 *Giessensae* l. *Giessenae.* p. 208 l. 19 *confisus* l. *confisus.* p. 213 l. 30 *doctrinum* l. *doctrinam.* p. 228 l. 2 *ob* l. *ab.* p. 229 l. 3 *Cartesiii* l. *Cartesii.* p. 252 l. 22 *Eclesiastes* l. *Ecclesiastes.* p. 268 l. 8 *cemmentatos* l. *commentatos.* p. 298 l. 28 *patrum* l. *patrem.* p. 313 l. 6 *Ascaninus* l. *Ascanius* p. 314 l. 7 del. *nul.* p. 320 l. 11 *Marianam* l. *Marianum.* p. 328 l. 7 *&squae* l. *&sque.* l. 11 *filiiis* l. *filiis.* p. 335 l. 28 *notisßimo* l. *notissimo.* p. 339 l. 9 *commilitionibus* l. *commilitonibus.* p. 343 l. 17 *Academica* l. *Academia.* p. 348 l. 5 post *calamo* add. *zelo.* p. 351 l. 27 *Anmaci* l. *Annaei.* Haec oculo fugitiuo adnimadverti. Reliqua, quae temporis angustia obseruare non permisit, humanissimus Lector pro beneuolentia sua emendabit.





Emendanda nonnulla.

Pag. 6. lin. 1 pro *tamen* leg. *talem*. p. 12 l. 13 *hinc* l. *hic* p. 13 l. 8 *Equitum* l. *Equitem*. p. 33 l. 5 *elegantia* l. *elegantiae*. p. 78 l. 24 *Praesuli* l. *Praesule*. p. 111 l. 8 *nullus* l. *nullas*. p. 153 l. 14 *pertratactum* l. *pertractatum*. p. 172 l. 12 *Giessensae* l. *Giessenae*. p. 208 l. 19 *confisus* l. *confisus*. p. 213 l. 30 *doctrinum* l. *doctrinam*. p. 228 l. 2 *ob* l. *ab*. p. 229 l. 3 *Cartesiii* l. *Cartesii*. p. 252 l. 22 *Eclesiastes* l. *Ecclesiastes*. p. 268 l. 8 *cemmentatos* l. *commentatos*. p. 298 l. 28 *patrum* l. *patrem*. p. 313 l. 6 *Ascaninus* l. *Ascanius* p. 314 l. 7 del. *nul.* p. 320 l. 11 *Marianam* l. *Marianum*. p. 328 l. 7 *&squae* l. *&sque*. l. 11 *filiiis* l. *filiis*. p. 335 l. 28 *notisfimo* l. *notissimo*. p. 339 l. 9 *commilitionibus* l. *commilitonibus*. p. 343 l. 17 *Academica* l. *Academia*. p. 348 l. 5 post *calamo* add. *zelo*. p. 351 l. 27 *Anmaci* l. *Annaei*. Haec oculo fugitiuo adnimadverti. Reliqua, quae temporis angustia obseruare non permisit, humanissimus Lector pro beneuolentia sua emendabit.

